





2222  
R. S.

Porque mas le ~~meche~~  
Le come contra ~~comtemplando~~



Comio con mil uentajas  
Aquel pan uino que se esta recien  
Tener las secas pajas  
Conferno Dios el blanco pan caliente  
Pues entre sus ardores  
Españ y es el Dios Pan de los pastores.

Comio aquel pan de flores  
Que apareció en Belen entre acueñas  
Nacido sin dolores  
De la tierra mejor de las mas buenas  
Entre el exercito de amigos  
Perlas fueron los granos de se trigo.

A esta mesa sentado  
En pastor xillo pobre daticamente  
Comio en solo un bocado  
Arado Dios que en el esta presente  
Y con gozo o espanto  
No sabe donde le ha cabido tanto.

ROMANERO

Tel Iordan que se esperm  
Pondra al Agnus los cercos de crystales?  
P. de cera bendita  
Eres el Agnus Dei que culpas quitas.

~~Coma~~ ~~governar~~

Del soluz bella, de Luzbel agote.  
Que os vendreis a la mano  
Si os llamare con pan el sacerdot,  
Senale ya la via  
El cordero y el pan de cada dia.

~~rendid~~ ~~cordero~~ ~~mi~~

Para que en pan de vida el hombre os coma,  
Suspendase estero  
En Dios voz, Dios cordero, y Dios paloma  
Goze este ganadero  
De Dios voz, Dios paloma, y Dios cordero

Al santissimo Sacramento en la

Natividad.

A esta



con amor y con verdad,  
y dando fin a la audiencia  
se entio a la camara real.

Madrigales de San Juan Bautista al  
Hijo de Dios.

EN el campo florido,  
cuya es matada margen luan,

Con siluestre vestido  
Camadero de Dios Jan Juan esfrano,  
sobre una pena fria  
Asi cantas el cien que le ojas

Cordero no machado,

Mas de bellon mas puro que la niene,  
Que en tu monte esrellado.  
Eres el manso a las novena y nueve:  
Tu que en pobres rediles

Quiere amor que en belz perlas desiles?

Quando aqueste xibera

Te besara las plamas virginales?

de los reyes de la Reyna  
que tiene gran caridad.

Dixo el Rey viendo el fauor,

cumplate su voluntad,

que si mi madre lo pide

como lo podré negar?

Llegò vn alma enamorada

de su gracia y su beldad,

y dixo, ay Rey de mi vida

quien os acertaste a amar.

El Rey que es vn Dios de amor

dixo haziendo del galan:

todo soy vuestro almania,

y toda me enamorais.

Llegaron vnos esclauos

con hambre espiritual,

por el pan de cada

que el Padre nuestro les da.

Dixo el Rey, comed amigos

que vuestro es aqueste pan,

pues a luego que no os falte

lo quitare del alcazar.

Depacho los negociantes

L 5

con

su extrema necesidad.

Dixo el Rey que a la Justicia

le le deve contentar,

que sus deudos los socorran,

y que el los ayudara

Y no le pidio vn asiento

en su palacio real,

que por medio de vn privado

le preiende negociar.

No sabeis lo que os pedis

les dixo su Magestrad,

que al que quiere mi caliz

solamente se dara.

Llego vn alma pecadora

bien conocida por tal,

y echose a los pies del Rey

confessando su maldad.

Dixo, con llorar tus culpas

mucho obligando me vas,

pues con dolor las confessas

bien puedes boluerle en paz.

Valiose vn negociado

que ha ninguno que enfermo es

Otro pidio una prebenda  
de la Iglesia cathedral  
pues que desde San Miguel  
algunas vacantes ay  
Dixo, que para gozarla  
primero se ha de ordenar  
pero que como se ordena  
que no se la negara  
Llego vn bien acuchillado  
que guetras civiles trae  
dentro en su milmoja pedir  
al Rey que se ponga en paz  
Dixo, mi gr. que basta  
pela y te venceras  
y aduirtete que la virtud  
se perthorra en el mal  
Allego vn hambre soberbio  
y pidio vn alto lugar  
in auer jamas seruido  
Y dixo el Rey, no ha lugar  
Por los presos de la carcel  
que en vn purgatorio estan  
allego vn procurador

se pide con inuidia  
 que el Arzobispo de la culpa  
 le haga bien de rescatar, lo  
 Del se compadecio el Rey,  
 y remiio el infortial  
 a uno de los sacerdotes  
 que a su mesa comen pan.  
 Dixo un soldado, por Dios  
 este cuerpo herido esta  
 guardando la disciplina,  
 y el orden que se le da.  
 Dixo el Rey, que a seruir buelua  
 y que el se ahenrara,  
 mientras que le da en la corte  
 con que pueda descansar.  
 Un humilde penitente,  
 a sus pies se vino a echar,  
 pidiendo por su servicio  
 un habito de san Juan.  
 Concedio el Rey la gracia,  
 y no solo cruz le da,  
 mas porque mejor le sirua  
 se la ayudara a llenar.

porque aunque honrado se ve  
se ha visto en necesidad.

De todos se compadecce

y mas del que ve llorar,

porq̃ es Rey con quien negocia

mejor el que llora mas.

Comienca a darles audiencia

de baxo del dosel real,

cercado de correanos

de los que en su gracia estan.

Saben que ha dicho, venid

a mi los que trabajais,

pedid, y recebireis,

y llamad y abridos han.

Vno llego que le deue

vnas gran cantidad,

que si el Rey no le haze gracia

es imposible pagar.

Perdonole luego el Rey

que es muerto por perdonar,

pues por dar, la misma sangre

se fuele dexar sazar.

Vn cautiuo con sus yeros

L 3

le



S'V M M A S A C R A  
M E N T O R V M E C C L E S I A E,  
E X D O C T R I N A F R A T R I S F R A N C I S C I  
à Victoria, ordinis Prædicatorum, apud Salmanticam  
olim primarij Cathedralici, per Reuerendum  
patrem Præsentatum Fratrem Thomam  
à Chaves illius discipulum.

Ad illustrissimū ac Reuerendissimū dñm D. Gasparē  
à Stuñiga & Auellaneda Archiepiscopū Cōpostellanū.

Huius ex tertia Authōris recognitione, nunc denuò mul-  
tō plures quàm antea quæstiones accesserunt, necnon &  
sanctorum Conciliorum, præsertim Tridentini, & alio-  
rum decretis aucta, locupletata, atq; illustrata est.



*Livraria d'Alcobaça.*

CONIMBRICAE,

In ædibus Antonij à Maris, Vniuersitatis Typo-  
graphi. Anno. 1573.

Impressa com licença dos Deputados da  
sancta Inquisição.



# Licencia delos Reuerendos pa dres Predicadores.



Os Fray Christoual de Cordoua, Maestro en sancta Theologia, Vicario general de la Prouincia de España dela orden delos Predicadores, Y el Maestro Fray Iuan de Ludeña Prior de sant Pablo de Valladolid, Fray Domingo Caluete prior de Palécia, Fray Christoual de Salamanca prior de Toledo, y Fray Martin de Ayllon prior de Burgos, disfinidores del capitulo dela misma ordẽ, celebrado en Segouia, año de mil & quinientos y cinquenta y nueue. Por la presente cometemos a los Reuerendos padres el prior de Sant Pablo de Valladolid, y al Maestro ueuas regente de nuestro Collegio de Sant Gregorio de Valladolid para que vean y examinen vna Summa de los Siete Sacramentos de la Yglesia, que el padre Presentado Fray Thomas de Chaues ha recopilado del Reuerendo padre el Maestro Fray Francisco de Victorla, de buena memoria, para que vista por ellos y aprouada, desde agora le damos licencia para que la pueda imprimir, con tanto que tenga la prouision ordinaria

Licencia.

ria del Consejo Real. Fecha en sancta Cruz de Segouia, a veynte y dos de Abril, 1559. Fray Iua de Ludeña Fray Dominicus Caluete. Fray Chritoual de Salamanca. Fray Martin de Ayllon, por dislinidores.

**D**igo yo el Maestro Fray Iuan de Ludeña, prior de sant Pablo de Valladolid, que la impresion desta Summa, collegida delas lecciones del Padre Maestro Fray Francisco de Victoria, se nos cometio en el Capitulo de Segouia al padre maestro Cuevas, y a mi, y siendo el vjuo comunicamos si se imprimiria, o no, y fuimos de parecer que se pueda imprimir, y que sera libro prouechofo para memoria delos que algo saben, y lumbré delos que saben poco de sacramentos y casos de conciencia: y porque este fue nuestro parecer, lo firme de mi nombre. En siete de Febrero de mil y quinientos y sesenta.

Fray Iuan de Ludeña.

A ij

Licencia por mandado del  
Consejo Real.



OR mandado de los Señores del Consejo v<sup>e</sup> este libro intitulado Summa de los Sacramentos de la Yglesia, copilado de los escriptos y doctrina del doctissimo Maestro y padre digno de memoria, Fray Francisco de Victoria, de la Orden de los Predicadores, por el padre Presentado Fray Thomas de Chauces, de la misma Orden, y leydo con atencion: y assi mismo las addiciones que el dicho padre Fray Thomas agora le aña de, hallo en el resoluciones muy doctas breues y claras de materias muy graues, las quales con las addiciones que agora se añaden, se confirman con determinaciones del Concilio de Trento, y de otros concilios, y siendo como lo es la doctrina deste libro conforme a lo que nuestra madre la yglesia catholica Romana nos enseña, me parece se deue imprimir, para que todos gozē de tan buena doctrina. Fecha en sant Francisco de Madrid, a tres de Hebrero de mil y quinientos y sesenta y cinco años.

*Frey Francisco Pacheco.*

ILLVSTRISSIMO

ac Reuerēdissimo Domino, D.

Gaspari Strunicæ, Auellanedæ,

Archiepiscopo Cōpostellano,

Sacræ atq; Catholicæ Ma-

iestati à Consilijs, Frater

Thomas de Chaues

Salutem dicit.



*N* votis mihi semper fuit (Illustrissime atque vndecunq; ornatisime præsul) quoad eius fieri posset, curare, vt præceptoris nostri Francisci Victorię imago animi expressior, æternitati consecrata, sine fine per orbem circumferretur, virique digni immortalitate, immortalis esset memoria Et quia vidi semper hoc à nullo pictore, aut sculptore, sperari debere, vt pote quorum artem vniuersam superatum esset opus præstandum (quid enim illi præter mutum corpus nobis redderent, ma-

## Epistola.


xime conarentur? ) verti me ad speciosiores  
plures effigies quas ipse reliquit, spirantes at-  
que loquentes, pandentesque diuini hominis  
ingenium, omnium rerum capax, omniumque  
rerum locuples. Vnde etiam (quauis cras-  
sioe Minerua) conijcere licet, placidissimi  
hominis constitutionem ac formam. Plerumque  
enim natura comparatum visitur, vt pulchri  
animi, pulchris & speciosis corporibus, sint tri-  
buti. Ex pluribus ergo huiusmodi imaginibus  
præstantissimi hominis, hanc in publicam lu-  
cem olim dare constitui, quæ toto hoc libello  
sele offert spectandam. Qui libellus tam feli-  
ci sydere primum prodijt, tantoque applausu  
susceptus est, vt nostram (licet magnâ) expe-  
ctationem vicerit. Hunc ergo noua cura, mul-  
tis in locis locupletatum, atque expolitum tibi  
offero protegendum, tanquam vnice tibi de-  
bitum, vt qui vnica sis gloria tanti magistri.  
Fuit enim & in hoc felix Victoria noster, quod  
te tantum discipulum, tamque omnibus nume-  
ris absolutum, sortitus est. Bene vale. Hispani-  
æ nostræ alterum lumen. Apud inely-  
tum nostrum sancti Petri marty-  
ris Toleranum cœnobium.

Idibus Aprilis,

Anni,

1566.

ADMODVM REVEREN  
do Domino Francisco Perez, eccle-  
siae Tolerantiae sancti Genesij rectori, Fra-  
ter Thomas de Chaues salutē dicit.

 Bsecrasti me (admodum obseruan-  
de domine, paterq; sapientissime, in  
Christo Iesu animo in eo charissi-  
me) ac tuis literis efflagitasti, vt sep-  
tem Sacramentorum Ecclesie myteria in sum-  
mā quādam redigerē, atq; doctrinarum flucta,  
quæ doctilissimus magister frater Franciscus à  
Victoria inter legendum materiā de Sacramē-  
tis in suos discipulos longè lateq; effuderat, in  
cōpendium cogerē. Cum itaq; cōsiderarem, ob-  
secrationē eius qui potest præcipere, vicē vr-  
gētis obtinere mādati, quanuis alio me sollicitu-  
dines quibus assidue distringor euocarent, tua  
me tamen inerita (haud spernēda) pepulerunt,  
vt ibi potissimum mecum desudaret ingeniū,  
cui iam pridem animum consecrauerā. Et licet  
hoc meum erga te obsequium, cōmunibus alijs  
laboribus (in quos me totū reiecit obedientia)  
iniuriam videatur asferre, non sum tamē ratus  
iniq; facere, priuatæ tuæ vtilitati inseruiens:  
qui solus vniuersitatis merita prope modum  
æquas, cui etiam lōge sum ego magis astrictus,  
quàm cæteris vniuersis. Omitto interin, quod  
hu



huius nostri suscepti laboris fructus, non ad te  
solum, sed ex te in plures alios debet promana  
re: qui animum tuum tanquam lucernam ar  
dentem, non sub modio clausam, sed in edito  
sitam loco suspiciunt. Itaque quod commu  
ni utilitati in hoc meo opere vna ratione vi  
debar subtrahere, multis alijs ( si quis recte ex  
penderit cum amplo sc̄nore restituo. Cape  
igitur ouans, pater intergerrime, hoc ex me mu  
nusculum, quod licet inglorium; licet exile, tū  
quam vlli à me nisi tibi concessum. Sic autem  
Sacramentorum materiam in hoc breui opus  
culo collegi, vt nihil ( nisi meus me fallit ani  
mus) quod ad rem pertinet subtraherem, nihil  
superfluum admiserim, quorum alterum mihi  
vitio verteres, alterum ( noui enim te ) repu  
diare. Et vt auidius maioriq̄ue cum fide opus  
hoc legeres, nihil ex meo promptuario deprō  
psi. Omnia ex ditissimo penu mei sapientiss  
mi magistri sunt eruta, qui ex integro,  
meo rogatu, scripturam perlegit,  
quo nullus tibi in animo dubita  
tionis scrupulus resideret.

Vale.




# DE SACRAMEN- TIS IN COMMUNI.

Quia vt ait Cicero, officio. I.

¶ Omnis qui de re aliqua instituitur sermo, debet à diffinitione proficisci, vt intelligatur quod sit id de quo disputatur.

## Articulus primus.



Veritur in primis quid sit Sacramentum? Diffinitio autem secundum eundem Ciceronē debet esse breuis, & dilucida oratio, naturam rei exponens. Et ideo Augustin. libr. 10. de ciuitate Dei, sic diffinit. Sacramentum est sacræ rei signum. Hæc diffinitio habetur de consec. dist. 2. cap. Sacrificium. Hæc est etiam prima diffinitio earum quas Magister sententiarum ponit in. 4. dist.

## De Sacramentis

1. & S. Thomae tertia parte, quaestione 60. articulo. secundo. Vbi aduerte, quod quando dicit sacrae rei, non intelligitur quaelibet res sacra, quia sic crux, & multa alia essent sacramentum, sed res sacra sanctificans nos. Cum enim sacramentum sit signum quoddam, signa autem proprie debeantur hominibus, & sacramentum sit proprium hominum, oportet ut per rem sacram intelligamus rem homines sanctificantem. Per signum etiam non intelligas quodcumque signum, sed signum exterius quod communiter vocatur signum, & quod dicitur Augusti. 2. de doctrina Christiana dicens. Signum est quod praeter speciem quam ingerit sensibus facit aliquid aliud in cognitione venire. Est igitur sacramentum signi sensibile rei sacrae, nos sanctificatis. Per rem ergo sacrae nos sanctificantem, intellige principaliter gratiam gratum facientem: quavis S. Tho. 3. p. q. 60. arti. 3. dicat tria figurari in sacramentis. Primum, causam effectiuam nostrae sanctificationis, scilicet passionem Christi Lucae. 22. Hoc facite in meam commemorationem. Et 1. Corinth. 11. Quotiescunque manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem domini annuntiabitis. Secundum, causam formalem nostrae sanctificationis, scilicet gratiam. Tertium, causam finalem, quae est gloria. Unde eccle-

elesia cantat ex officio S. Tho. O sacrum con-  
 iuium, in quo Christus sumitur, recolitur me-  
 moria passionis eius, ecce primum: in eis imple-  
 tur gratis, ecce secundum: & futurae gloriae no-  
 bis dignus datur, ecce tertium. Sunt & aliae  
 definitiones sacramenti, quae sub alijs verbis  
 idem quod prima iam posita docent: Sacra-  
 mentum, ait Magist. sententiarum, est inuisibi-  
 lis gratiae visibilis forma, vt eius imaginem  
 gerat, & causa exultat. Et Augustinus libro de  
 corpore Christi. Sacramentum est per quod  
 sub tegumentis rerum visibilium, diuina vir-  
 tus secretius salutem operatur. Et Hugo de S.  
 Victo. lib. de sacramentis. 1. part. c. 1. Sacramen-  
 tum est materiale elementum, foris sensibiler  
 propositum, ex similitudine representans, ex in-  
 stitutione significans, ex sanctificatione continens  
 aliquam inuisibilem & spiritualem gratiam. Et  
 haec de definitione sacramenti sufficiant.

V I S A sacramenti definitione, quia de  
 sacramentis nouae legis est noster hic tracta-  
 tus. Cum iuxta fidem certissimum sit sacra-  
 menta nouae legis, a sacramentis veteris le-  
 gis differre, vt habetur in concil. Trid. sess.  
 7. de Sacramentis in genere. Canon 2. videre  
 oportet in quibus differant nostra sacramenta  
 a sacramentis veteris legis, maxime a circumcisio-  
 ne, quae secundum Augu. & doct. conferbat gra-

2  
 sacramē  
 ta veteris  
 & nouae  
 legis in  
 quo disse-  
 rant.

## De Sacramentis

tiam ex opere operato. Notandum ergo, primo certum esse, quod sacramenta veteris legis non aperiebant cœlum, vt patet ex multis sacræ scripturæ locis. Oēs enim antiqui patres, etiam sanctissimi fatebantur se in infernum descenduros, vt Iacob Gene. 37. Descendat u ad filium meum lugēs in infernum. Iob. 14. Quis mihi tribuat vt in inferno protegas me. & 17. & infernus domus mea est. & psalm. 88. Quis est homo qui viuet, & non videbit mortem: eruet animam suam de manu inferi? Et certum est quod sacramenta nouæ legis aperiant ianuam cœli. Christus in sua passione aperuit eam in communi toti generi humano, in particulari verò aperiuunt sacramenta. Matth. 3. Prædicabat Ioannes, pœnitentiã agite appropinquabit regnum cœlorum Ephes 2. Cuius gratia estis saluati, & confedere nos fecit in cœlestibus. Rom. 8. Si filij, ergo & hæredes. Matth. 25. Venite benedicti patris mei, percipite regnũ. Et Matth. 3. Iesu baptizato, aperti sunt cœli. Ex hoc sequitur, quod sacramenta veteris legis, non ponebant homines in statu sufficienti perueniendi ad vitam æternam, & per consequens non dabant salutem, quia vltima salus est beatitudo, ac proinde tunc gratia non erat perfecta. Vnde, tunc quanto tempore hæres paruulus est, nihil differt à seruo: quia

quia scilicet, non habebat ius adeundi vitam æternam, ab extrinseco, quia nondum aperuerat Christus ianuam cœli. Per peccatum enim Adæ, & quodcumq; actuale peccatum, non solum Adam incurrit indignationem, sed etiam omnes posterius, & tota natura humana: & sic duplex olim erat indignatio, scilicet contra personam, & contra naturam. In veteri autem lege, per sacramenta tollebatur indignatio prima particularis contra singulos homines, sed tamen manebat adhuc indignata Deo tota natura humana, quæ indignatio nunquã vsq; ad Christum à toto genere humano fuit ablata, & sic non erant Deo perfecte grati in illa lege veteri, sicut nunc in noua, quando omnis indignatio particularis & communis ablata est. Et ita sufficiant de sacramentis. v. ceteris legis.

**Q V A E R I T V R**, quot sint sacramenta nouæ legis? Respondeo, quod septem, Baptismus, Confirmatio, Pœnitentia, Eucharistia, Ordo, Matrimonium, Extrema vœtio. Hoc determinatum est in concil. Florenti. sub Eugenio. 4. & in cap. ad abolendam, extra de hæreticis. Excommunicantur & dãnantur, qui de ecclesiasticis sacramentis aliter sentire, aut docere præsumpserint, quã ecclesia Romana docet. Præterea idem patet ex cœcil. Tridentino,

3  
Sacramē  
ta quor  
sint.

## De Sacramentis

sessio. 7. de sacramentis in genere. cano. 1. cuius verba sunt. Si quis dixerit sacramenta nouæ legis esse plura vel pauciora quam septē, videlicet, Baptismum, Cōfirmationem, Eucharistiā, Pœnitentiam, Extremā vñtionem, Ordinem, & Matrimonium, anathema sit. Cum ergo ecclesia Romana in dictis concilijs, & in vltu teneat. 7. esse sacramenta nouæ legis, iam nemini licebit de hoc dubitare.

**DUBITATUR** a quo fuerint instituta septem prædicta sacramenta. Respon. iuxta fidem omnia septem instituta fuisse a domino nostro Iesu Christo Nam ita expresse definitur in concilio Tridentino, sessio. 7. de Sacramentis in genere, canon. 1. cuius verba sunt. Si quis dixerit sacramenta nouæ legis non fuisse omnia à domino nostro Iesu Christo instituta, anathema sit.

**QUÆRITUR** item, an omnia prædicta septem sacramenta, sint vere & proprie sacramenta. Rñdetur iuxta fidē certissimū esse omnia esse pprie & vere sacramenta. Patet ex prædicto cōcil. Tridēt. cano. illo primo. Cuius verba sunt. Si quis dixerit aliquod horum septem sacramentorum nō esse vere & pprie sacramentum, anathema sit. Vnde cōstat sententiā Durandi, quæ olim sub opinione defendebatur, iā nunc inter hæreses esse computandam.

Quæ



Quæritur, an huiusmodi septem nouæ legis sacramenta, gratiam contineant, ipsamq; semper & infallibiliter omnibus & singulis digne ea suscipientibus, conferant, etiam ex opere operato, hoc est, ratione sui. Respondetur ad quæstionem affirmatiue, quâ tum ad omnes & singulas eius partes. Et oppositum est hæresis, patet ex concil. Tridentino, sessione. 7. de Sacramentis in genere, canone. 6. 7. & 8. verba sexti sunt. Si quis dixerit sacramenta nouæ legis non continere gratiam quam significant, aut gratiam ipsam non ponentibus obicem, non conferre, anathema sit. Canonis verò septimi verba sunt. Si quis dixerit non dari gratiam per huiusmodi sacramenta semper & omnibus, quantum est ex parte Dei, etiam si rite ea suscipiant, sed aliquando & aliquibus, anathema sit. canon. 8. verba sunt Si quis dixerit per ipsa nouæ legis sacramenta ex opere operato non conferri gratiam, anathema sit.

Sufficientiam & congruitatem huius numeri docet S. Tho. 3. par. q. 05. arti. 1. dicens. Sacramenta ecclesiastica ordinantur ad duo, scilicet ad perficiendum hominem in vita spirituali, seu in cultu Christianæ religionis, & in remedium contra peccatum, & quantum ad utrunque convenienter sunt. 7. Vita enim hominis spūalis, similitudinem habet ad vitā cor

7  
sacramē  
torū suf  
ficientia.



## De sacramentis

poralem, propter quod eodem nomine vocatur vtraque vita. In vita autem corporali dupliciter aliquis perficitur, vno modo quatum ad propriam personam, & hoc dupliciter, scilicet aut acquirendo perfectionem, aut remouendo impedimenta. Perficitur autem vita perfectione prima per generationem: quando adquirit vitam: & loco istius generationis succedit Baptismus, qui vocatur regeneratio, quia homo cum esset mortuus per peccatum, recipit vitam per lauacrum regenerationis, & renouationis, ad Titum. 3. Secunda perfectio est argumentum, cui succedit secundum sacramentum confirmationis, quod principaliter in Pentecoste est institutum quando dominus dixit, Sedete in ciuitate, donec induamini virtute ex alto. Tertia perfectio vite corporalis, est nutritio, quae est conseruatio vite, & loco huius succedit eucharistia. Vnde Ioan. 6. Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Sed quia homo interdum incurrit aegritudines, habere debebat remedium: quod quidem est duplex, vnum ad repellendum morbum, vt pharmacum: alterum ad restituendas vires. Sic etiam in vita spiritali, ad expellendas infirmitates peccati, est poenitentia, psal. 11. Serua animam meam quia peccaui tibi, Alterum ad

expellendas reliquias peccatorum, & est extrema unctio, de qua Iacobi. 5. Et si in peccatis fuerint, dimittentur ei. In ordine autem ad communitatem perticitur homo dupliciter, vno modo suscipiendo potestatem regendi: & loco istius succedit ordo. Alio modo secundum naturalem propagationem, quod fit per matrimonium, tam in corporali quam in spiritali vita.

## DE SACRAMENTO

Baptismi tractat Magister quarto, distinct. tercia. & dicit, quod baptis- mus est ablutio exterior corporis facta sub forma verborum præscripta & determinata. Tractat de hoc sacramento Sanctus Thomas tercia parte, quæst. 66. Tractatur etiam de baptis- mate, in concil. Florentino. Et aburdè satis in concil. Tridēti. sessi. 7. de Baptismo, per canones. 14.

## De Baptifino.

3  
Baptif-  
mus quā  
do infti-  
tutus.

**D**EBITATUR, quando fuit in-  
ftitutus Baptifmus? vtrum ante  
Chrifti paffionem vel poftea?  
Reſpondeo per duas propoſitio-  
nes. Prima, certiffimum eſt, quod fuit inſti-  
tutus à Chriſto ante paffionem: patet hoc Ioã  
nes. 3. vbi expreſſe habetur, quod Chriſtus ba-  
ptizabat. Et Ioannes. 4. declaratur quomodo  
baptizabat, quanquam Chriſtus non baptiza-  
ret, ſed diſcipuli eius baptizabant de man-  
dato ipſius, quia alias Chriſtus non dicre-  
tur baptizare. Non eſt autem veriſimile, quod  
Chriſtus baptizaret baptifino Ioannis, nec e-  
tiam Apolloli Ioannis baptifino baptizabāt,  
vt dicit Hieronymus in epifto. ad Seleucianum,  
& in ſermone Epiphaniæ. Alias inter diſci-  
pulos Ioannis non fuiſſet inuidia, qui dolebāt  
eo, quod plures baptizaret Chriſtus quam Io-  
annes, nam ille baptifinus diceretur Ioan-  
nis, non Chriſti. Item ſacramenta ſunt in-  
ſtrumenta noſtræ redemptionis: cum ergo  
Chriſtus perfeceſſet redemptionem in paſſio-  
ne vel reſurrectione, & baptifinus ſit potiffi-  
ma pars redemptionis, ſequitur, quod fuit in-  
ſtitutus ante Chriſti paffionem. Et ita tenent  
omnes doctores.

9  
S E D quaeritur, quando? Quidam dicūt,  
Beda. 2. quod quando Chriſtus baptizatus fuit in lor-  
da-

dane, tunc enim sanctificans aquas, vim re-  
 generatiuam illis contulit. Alij dicunt, quod  
 fuit institutus, quando Christus dixit disci-  
 pulis suis, Euntes docete omnes gentes, bap-  
 tizantes eos, &c. Marci vltim. Sed hoc refel-  
 litur, quia fuit institutus ante passionem, præ-  
 dicta autem verba dicta fuere post resurre-  
 ctionem. Sanctus Thomas, & Nicolaus de Ly-  
 ra tenent, quod fuit institutus quando Chri-  
 stus fuit baptizatus in Iordane. Ioanni. 1. & ita  
 tenendum est, sine aliqua dubitatione.

**Q V A E R I T V R**, quando baptismus  
 incepit obligare, & consequenter alia sacra-  
 menta nouæ legis, ac proinde quando cessa-  
 uerunt legalia? Respondeo per propositio-  
 nes. Prima propositio. Ante passionem & mor-  
 tem Domini, circumcisio & alia legalia fue-  
 runt semper sub præcepto. Probat, nam  
 Christus non soluit veterem legem, antequam  
 eam impletet: sed non fuit impleta vique  
 ad passionem, cum dixit consummatum est.  
 Ioannis. 19. Ergo ante passionem legalia non  
 cessauerunt: per passionem enim suam, ( vt  
 ait Paulus ): liberauit nos Christus a seruitu-  
 te legis. Secunda propositio. In passione Do-  
 mini omnia legalia fuerunt extincta quantum ad  
 præceptum, & quantum ad virtutem. Volo  
 di-

10  
 Baptism  
 obligari  
 quando  
 incepit

## De Baptismo.

dicere, quod post passionem Domini non erat præceptum de circuncisione, nec de aliquo alio in lege scripta, totaliter enim extincta erat quantum ad vim illam quam prius habebat, & nullum omnino habebat effectum. Lex enim illa fuit instituta ad significandum gratiam noui testamenti, quæ per Iesum facta est, ac proinde mortuo Christo debuit cessare: sicut adueniente luce cessat umbra. Item legalia non conferebant gratiam perfectam: ergo dum venit quod perfectum est, euacuatum est quod ex parte erat. 1. Corinth. 13. Reprobatio fit prioris mandati propter infirmitatem eius, & inutilitatem, nihil enim ad perfectum lex adduxit, introductio verò fit melioris spei. Tertia propositio. Ante promulgationem sufficientem euangelij, per aliquod tempus legalia non erant mortifera: ad hunc sensum, quia licet oī. seruare ea & non erat peccatum, etiam scienti & non ignorantī legem Christi. Prob. quia Paulus circuncidit Timotheum Actū. 16. & purificauit se. Actū. 21. Hoc autem permissum fuit, vt Augusti. ait, vt synagoga cum honore sepeliretur. Vt ostenderetur igitur quod fuerat bona & sancta, non est nisi statim post passionem derogatum. De ista propositione fuit magna controuersia inter Hieronymum, & Augustinum: Hic

legalia  
quando  
cessauerunt.

Hieronymus enim videtur sentire, quod statim post passionem legalia fuerunt mortifera, & factum Pauli & Petri excusat, quia fuerunt quædam piæ dispensationes & simulationes, vt vitaretur scandalum. Sed Augustinus oppositum omnino tenet, & quidem diserte & eleganter disputat. Si enim iam essent mortifera, propter nullum scandalum licuisset Paulo circumcidere Timotheum, nec simularet circumcisionem, etiam pro salute totius populi Iudæorum, quia esset mendacium in factis. Petrus autem incaute se habuit in obseruatione legalium, nimium condescendens Iudæis illis, qui legalia obseruanda esse dicebāt ita vt aliqui eius exemplo inducerentur ad eorum obseruantiam, quasi essent necessaria: & ideo Petrus aliquam leuem culpam incurrit, & erat reprehensibilis, vt ait Paulus. Quarta & vltima propositio. Post sufficientem promulgationem euangelij omnia legalia fuerūt & sunt mortifera. Hoc determinatum est extra de baptismo & eius effectu, cap. maior. & in concil. Florenti. dñati sunt Cherinthus & Eubion, contrarium tenentes. Et ad Gal. 5. Si circumcidamini, Christus vobis nihil proderit.

S E D dubium est, quando fuit facta sufficiens promulgatio euangelij? Respond, quod non est certum. Non enim potest dici quod <sup>II</sup> promulgatio euangelij fuit



## De Baptismo.

quando fuit facta in Pentecoste, quia postea Paulus cir-  
cuncidit Timotheum, & Petrus seruabat le-  
galia, vt patet Actu. 10. Absit à me domine, cō-  
mune & immundum non introiuit in os meū.  
Nec potest dici quod in. 3. concilio celebrato.  
Act. 15. quia postea purificatio Pauli facta est.  
Actu. 21. & in illo concilio continentur aliqua  
legalia, scilicet vt abstineant à suffocato & san-  
guine. Dicunt aliqui, quod tunc facta est suffi-  
ciens promulgatio, quando Titus & Vespasia-  
nus deltruxerūt Hierusalem. Permissio enim  
legalium post passionem, erat propter Iude-  
os. Cum igitur illi tunc sint pene extincti, si-  
ne lege, sine Rege, sine Deo, vt dicit Lactan-  
tius videtur quod ex tunc omnia legalia sint mor-  
tifiera: & licet hoc non sit certum, non est ta-  
men aliquo pacto dubitandum, quin nunc, &  
per multas annorum centurias antea fuerint  
legalia mortifera. Circuncisio enim fuit in-  
stituta ad significandum aliquid futurum in  
Christo, & sic modo esset mendacium perni-  
ciosum. De baptismo igitur, & de omnibus  
sacramentis nouæ legis, ait Sanctus Thom.  
quod post passionem Domini cœperunt ha-  
bere vim obligatoriam, quia tunc cessauerūt  
legalia: vt aperte dicit prophetia Daniel. 9.  
Et in dimidia hebdomada occidetur Christus,  
& cessabit hostia & sacrificiū. Probatur autem  
hoc



hoc, quia Marci ultim. Christus dixit. Ite docete omnes gentes baptizantes eos, &c. qui nō crediderit, condemnabitur. Hoc autē dictum fuit ante Pentecosten, & apostoli prædicabat eo modo, quo Christus præceperat, scilicet, Nisi baptizemini & credideritis condemnabimini: ergo tunc tenebantur ad baptismum, & per consequens ad alia precepta nouæ legis.

**Q V A E R I T V R**, quæ sit materia sacramenti baptismi? Respondetur, quod aqua simplex, quia habet proportionem ad effectum spirituales; quoniam mundat, & est cōmuniō materia, quam omnes facile possunt habere. Patet hoc Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, nō potest, &c. Et ita dicitur in concilio Florenti. sub Eugeni. 4. Et item in concilio Tridenti. sessione. 7. de Sacramento baptismi. cano. 2. cuius verba sunt. Si quis dixerit aquam veram & naturalem non esse de necessitate baptismi, atque ideo verba illa Domini nostri Iesu Christi, nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto ad metaphorā aliquam detorsit, anathema sit. Cum nunc aquam & cum glacie, non posset quis baptizari, quia est alterius speciei quam aqua. Posset tamen baptizari aqua resoluta ex nunc, aut glacie, seu gelu, quia iam est vera & simplex aqua.

12  
Baptismi  
materia  
12a sic.

## De Baptismo.

aqua: quanuis de hoc Marfilius dubitet, & quidam alij. In aqua verò rosacea & alijs artificia libus aquis, non potest quispiã baptizari, quia non sunt aquæ veræ.

<sup>13</sup>  
Baptismi  
formæ  
quæ sit.

**QVÆRITVR**, quæ sit forma huius sacramenti? Responderur, quod hæc, Ego te baptizo in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Patet hoc Matth. vltim. & in conci. Florent. Quæritur vtrum mutatio huius formæ vitiet sacramentum? Responderur, quod duplex est variatio, quædam quæ mutat sententiam & sensum formæ, & talis euacuat sacramentum. Altera quæ non mutat sensum & sententiam formæ, & talis non tollit sacramentum. Vnde in cap. retulerunt, de consecrat. distinct. 4. Zacharias papa determinauit, quod ille qui dixit, Ego te baptizo in nomine patris & filias, & spiritus sanctas, vere baptizauit.

<sup>14</sup>  
Error in  
forma au  
vitiet sa-  
cramen-  
tum.

Quæritur, an si diceret, Ego te baptizo in nomine genitoris, & geniti, & procedentis, vere baptizaret? Responderur, quod Sanctus Tho. hic. & 3 p. q. 66. art. 5. & 6. dicit quod non. Idem tenet Scot. Bonauët. Ricar. Thom. de Argentina, Gabri. Aliaco, & Marfi. Paludam. tamen dubitat. Caiet. autem tenet omnino contrarium, asserens quod ibi esset verum sacramentum, quod probat multis argumentis. Nã  
de

de cōse. d. 4. c. à quodam Iudæo habetur, quod cùm quidam Iudæus baptizaret, determinavit Papa, quod si baptizabat in nomine Trinitatis vel Christi, vel patris & filij & Spiritus sancti (vnum quippe & idem est) non debebat iterum baptizari. Plus autem differt nomen Christi, à nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, quàm nomen genitoris, geniti, & procedentis: ergo. Hanc opinionem Caieta. reputat certam magister Victoria. Patetur tamen quod taliter mutare formam esset cōtra præceptum, proinde peccatum: baptifinus tamen esset validus.

QVÆRITVR, an dicere, Ego te baptizo in nomine Iesu Christi, sufficeret ad baptifinum? Respon. Quod hoc aliquando fuit licitum & sufficiens. Vtater quia vt dicitur Act. 2. & 8. apostoli baptizabant sub illa forma: quod factum est ex instinctu Spiritus sancti propter odium quod habebant Iudæi ad nomen Christi, vt incitarerentur ad mortem eius. Vel forsan, quia apostoli non audebant in principio prædicationis suæ, apertè nominare Trinitatē populo infirmo. Sed vtum sufficeret nunc prædicta forma? Respondet S. Tho. 3. p. q. 66. ar. 6. dicens quod non, & ita tenet communiter doctores. Quia dicitur Matth. vlti. Baptizantes eos in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti. Et. c. in synodo. de conse. d. 4. Eugc. expressè deter-

is  
baptif-  
mus. in  
nomine  
Christi,  
an sit va-  
lidus.

## De Baptismo.

minat, quod si quis in forma baptismi vnâ personam non nominaret, non baptizaret. & ibidē capit. si re vera, dicitur, quod si quis baptizaret in nomine domini, non esset baptismus. Et Didimus in lib. de Spiritu sancto, dicit, quod qui in forma baptismi nominaret vnâ personam Trinitatis sine alijs, non baptizaret. Cum apostolis autem dispensauit Spiritus sanctus propter rationes iam dictas. Caietan. verò oppositum tenet. 3. p. q. 66. art. 6. & Magist. sent. hic in litera. & Hugo de S. Victore, lib. 2. de sacramē. par. 6. cap. 2. & Adrian. in. 4. q. 2. Quia in capi. à quodam Iudæo. dicitur, quod qui baptizatus est in nomine Christi, non est rebaptizandus. Sed fortè prædictum caput noluit hoc determinare tanquam de fide. Res mihi dubia est & ambigua, & ideo nihil volo determinare, vtraque opinio est probabilis, & periculosum est hic tenere in tanta materia, quod certum non est.

16  
Baptis-  
mo in no-  
mine tri-  
nitatis.

QVAERITVR, an esset baptismus si quis diceret: ego te baptizo in nomine sanctissimę Trinitatis & indiuiduę vnitatis? Respōdetur quod omnes dicūt, quod non. Ita tenet S. Tho. Scot. Adrianus, & ceteri. Caietanus tamen tenet, quod est verus baptismus, propter illud capit. a quodam Iudæo. Certè ego in hac re non credo Caietano, sed dico, quod nō esset baptis-  
mus

mus. Et idem dico de eo qui diceret, Ego te baptizo in nominibus Patris, & Filij, & Spiritus sancti: non est baptismus. ita tenet Palud. 4. distin. 3. quæstio. 1. ar. 3. & Magist. sent. 4. distin.

3. c. 5.

QVAERITVR, an requiratur, quod miniter, seu baptizans exprimat propriam personam, dicēs, ego? Respondetur quod sufficit dicere virtualiter, vt si dicat, Baptizo te, &c. Sed vtrum sit necessarium quod exprimat saltem virtualiter? Respōdeo, quod non, & ita tenent omnes. Nam Græci baptizant sub hac forma, baptizetur seruus Christi in nomine patris, &c. Et est verus baptismus, vt tenet S. Thomas 3. p. q. 66. ar. 5. 1. & 2. Et ita tenendum est sine dubio. Quamuis in c. t. si quis. de baptis. videatur dici cōtrarium, sed intelligitur de illis, qui tantummodo dicunt in nomine patris, & filij, & spiritus sancti: non dicendo baptizo, vel baptizetur. Si quis autē diceret (causa grauitatis) nos te baptizamus in nomine, &c. non esset baptismus, secundum S. Tho. 3. par. quæstio. 66. articulo 5. 4. quia variatur sensus formæ. Nos enim, significat ego & tu. Si autem episcopus, vel alia magna persona baptizet, sub illa forma, est verus baptismus, quia iam ex circumstantijs, & accommodatione patet, tantundem significari, sicut ego te baptizo.

## De Baptismo.

Baptiza-  
re vnum  
an possit  
duo si-  
mul.

Duo autem si sic baptizât, & vnus aquam mit-  
tat, alter verò dicat, Ego te baptizo, &c. nihil  
faciunt, quia est falsa forma illius qui dicit, ego  
te baptizo. Si verò simul & semel ambo bap-  
tizant (quia contendunt de præbenda) ita quòd  
quilibet totum faciat, est verus baptismus, nec  
de hoc dubito, nisi quilibet dicat, nos te bap-  
tizamus. Tunc enim secundum S. Tho. 3. p. q. 66.  
arti. 5. & q. 67. arti. 7. non est baptismus: quod e-  
go reputo securius, licet oppositum dicat Ca-  
ieta. 3. par. q. 67. arti. 7. & Palu. 4. dist. 3. q. 2. & Du-  
rand. 4. d. 3. q. 3.

18  
Baptiza-  
ta perso-  
na an de-  
beat ex-  
plicari.

S E D vtrum requiratur quod nominetur  
persona baptizata scilicet te? Respõ. quòd Scot.  
4. dist. 2. q. 2. arti. 1. & Gabriel. 4. d. 3. q. vnica. dicunt  
quod sic, & ita tenendum est, nam requiritur  
quod verba baptizantis applicentur alicui. Sed  
vtrum quis possit seipsum baptizare? Respõ.  
quòd non, vt patet. c. debitum. de baptismo. vbi  
hoc determinatur. Sed vtrum esset baptismus  
si quis diceret, Ego te abluo, vel mergo? Res-  
põdetur, quòd sic, quia verba sunt synonyma:  
quicquid dicat Glossa in cap. multi sunt. Et for-  
minæ sermone Hispano baptizâtes, melius fa-  
ciunt, quam illæ quæ baptizant sermone Lati-  
no, quia sciunt melius pronuntiare verba His-  
pana quàm Latina.

19

DUBITATUR, an requiratur immersio

bap-



baptizati in aqua, vel an sufficiat tingere ipsum? Respond quod fuit antiqua consuetudo, vt mergeretur, iam verò non oportet, sed qui libet seruet morem suæ diocesis. Vnde in Germania ponitur duntaxat guttula aquæ, &c. In locis autem vbi consuetum est ter mergere puerum, si ante secundam vel tertiam immersionem, dicta forma baptismi, puer moriatur, verè baptizatus est, vt dicit Caieta. licet Palud. oppositum teneat. Si autem timeatur mors pueri si mergeretur, non debet mergi, sed sufficit eum aqua aspergere quicquid dicat Palud. 4. d. 6. q. 1. arti. 3. nam contra eum tenent omnes Doctores. Si verò quis diceret, ego te baptizo in nomine patris, &c. & mitteret puerum in flumen, vtrum esset baptismus? Respon. Palud. 4. dist. 3. q. 1. & Scotus. d. 5. q. 3. & Marfi. 4. q. 1. & cōmunis opinio dicit, quod non est baptizatus talis puer. Syluest. etiam tenet idem, & hoc intelligendū est, etiam si ille qui sic mittit puerum, intendat eum baptizare. Maio. autem in. 4. d. 4. q. 2. & Panor. c. nō vt apponeres. de baptismo. tenet, quod esset verè baptizatus. Pro vtraq; parte est apparentia. Ego mallē tenere, quod esset baptizatus, nihil enim refert mittere eum in aquā, vel mittere plurimam aquam super eum.

QVÆRITVR, vtrum baptismus remittat omnia peccata etiam actualia. Et videtur, quod

Merito  
baptizati,  
an requiratur

10  
Baptismus, an

## De Baptifino.

remitat  
ōnia pec  
cata etiā  
actualia.

quod non, quia inſtitutus eſt cōtra originale.  
Reſpondetur ex ſententia omnium doctōrum  
quod baptifin<sup>9</sup> remittit omnia peccata etiā  
actualia. Patet Ezechielis. 36. Effundam ſuper  
vos aquam mundam, & mundabimini ab om-  
nibus inquinamentis veſtris. Et eſt determina-  
tum ab eccleſiā de confec. d. 4. c. parvulo. & c.  
regenerante. & ſunt verba Auguſtini, & figura-  
tum fuit Exodi. 14. in Aegyptijs, de quibus di-  
citur, nec vnus quidem ſuperfuit ex eis. Vbi di-  
cit gloſſ. ſic peccata omnia in baptizato. Item  
originale non dimittitur ſine gratia, ſed gratia  
non patitur ſecum peccatū mortale, ergo om-  
nia peccata mortalia remittūtur in baptifino.  
Hæc conſuſio eſt de fide, & patet ex multis lo-  
cis ſacræ ſcripturæ, & ex capit. maiores. de ba-  
ptif. ac proinde nō licet de ea dubitare. Sed an  
remittatur tota pœna debita peccatis? Reſpō-  
detur ex ſenten. omnium doctōrum quod ſic.  
Auguſti. in Enchiri. c. 43. & habetur de confec.  
d. 4. cap. per baptifinum, ait. Per baptifinum  
quicquid ab homine dictum, factum, aut cogi-  
tatum eſt, totum aboletur, & quaſi factum non  
ſit habetur. Et Ambroſ. qui allegatur à magi-  
ſtro ſenten. 4. diſtin. 4. dicit quod in baptifino  
non requiritur gemitus peccatorum, quia gra-  
tis omnia condonantur: ſed ſi nō remitteretur  
tota pœna, requireretur gemitus peccato: um,  
ergo.

ergo. Itē, quia aliàs post baptisimū imponēretur pœnitentia, sicut in confessione, sed nō imponitur, ergo nullus relinquitur reatus pœnē post baptisimū. Item vt dicitur Roma. 6. In baptisimo cōmorimur Christo, id est, applicatur nobis eius passio plenē, ergo totā emūdat eōscientiam. Et si aliqua ieiunia baptizadis ante baptismum imponebantur vel permittebantur, hoc erat propter reuerentiam baptismi, vel ad satisfaciendum pro peccatis, non autē ad tollendam pœnam. Remittitur etiam ratione baptismi fomes & inclinatio ad peccandum dicente Augustino, de consecra. di. 4. c. non ex æquo. quod non ex æquo infestatur à fomite baptizatus, sicut non baptizatus. Diminuitur autem non per subtractionem, sed per additionem cōtrarij, scilicet gratiā & virtutis.

**QVÆRITVR**, vtrum in baptisimo detur gratia? Respond. quod de hoc nō potest dubitari. Nam præterquā quod in sacra scriptura habetur, est etiam determinatum in clementi. vnic. de sum. Trini. & fide catholi. & in capit. maiores. de baptisimo. Et etiam virgini Marię contulit gratiam, contra quosdam errantes, & dicentes, ipsam vel non habuisse præceptum baptismi, vel non recepisse in eo gratiam. Confert etiam virtutes infusas, vt in prædictis capit. est ab ecclesia determinatum.

et  
Gratia &  
virtutes  
dantur  
in baptisimo.

## De Baptismo.

<sup>22</sup>  
Baptismi  
effectus,  
an sit æ-  
qualis in  
omnibus  
suscipiē-  
tibus.

**Q V A E R I T V R**, an baptismus omnibus  
conferat æqualem effectum? Respon. duplicē  
esse baptismi effectum, vnum ordinatum, qui  
est gratia & virtutes, & remissio peccatorum,  
atque poenarum. Alterum aliquo modo anne-  
xum, vt donum prophetiæ, & gratiæ gratis da-  
tæ: de hoc secundo effectū, manifestū est, quod  
non semper omnibus cōfertur æqualis. De pri-  
mo verō est inter Theologos concertatio. Sco-  
tus enim & Gabriel. & Caietan. tenent quod li-  
cet ratione sacramenti detur determinata gra-  
tia, tamen ratione deuotionis ministrorū (vel  
quia vnus est prædestinatus ad maiorem gra-  
tiam quā alius est maior effectus baptismi  
in vno quā in alio. Sed ego non dubito quin  
hoc sit falsum, & contra sanctū Tho. Sed di-  
co, quod semper ratione sacramenti datur æ-  
qualis gratia. Ita tenet Maio. 4. dist. 4. q. 3. &  
hoc intellige de puero. Nam de adulto non ne-  
garem quin maiorem gratiam baptismi reci-  
piat vnus quā alius, quia est maior disposi-  
tio in vno quā in alio.

<sup>23</sup>  
An sit ba-  
ptizandus  
qui est in  
actuāli  
volunta-  
te peccā-  
di.

**Q V A E R I T V R**, vtrum qui est in actua-  
li voluntate peccandi sit baptizandus? Respō.  
S. Tho. 2. p. q. 68. art. 4. & art. 8. ad 4. & Scotus.  
4. dist. 4. q. 5. Et Palu. 4. dist. 4. q. 1. Et Du-  
ran. 4. di. 4. q. 2. quod talis non est baptizandus,  
& de hoc non est dubitandum. Et Augusti. (&  
ha

habetur de consecra. distinc. 4. c. omnis qui.) ait. Omnis qui iam suæ voluntatis arbiter cōstitutus est, cū accedit ad sacramentum fide lium, nisi pœniteat, non potest nouam vitam inchoare. Ab hac pœnitētia, cū baptizantur, soli pueri immunes sunt. Itē Actu. 2. Agite pœnitentiam, & baptizetur vnusquisque vestrū. Pœnitentia autem quæ ante baptismum requiritur, debet esse contritio, sicut & in sacramento confessionis: nisi excusetur ignorantia, qua putat se sufficientem dolorem habere cū tamen non habeat, tunc enim sufficit attritio cū sacramento, sicut etiam de pœnitentia. Et per omnia similis dolor requiritur ante baptismū, sicut ante pœnitentiam: quia dolere de peccatis, est de iure naturali, quod non impeditur à iure diuino. Baptismus autem in peccato mortali susceptus, valere incipit fictione recedente, vt determinat August. c. Tunc valere. de cōsecr. dist. 4. maxime si habuerit attritionē. Sed quæritur, quare hoc sacramentū habeat illud priuilegium, quod recedente fictione valeat, cū eucharistia non habeat illud, imò nec pœnitentia. Attritio enim post pœnitentiam nihil valet, quanuis cum pœnitentia valeat: & tamen attritio post baptismum, illius inquā peccati attritio de quo erat fictio, sufficit ad hoc vt baptismus conferat gratiam ex opere operato.

## De Baptismo.

rato. Respondet sanctus Tho. 4. dist. 4. quæst. 3. artic. 2. quòd ratio discriminis est, quia baptismus imprimit characterem, quia iam talis est verè baptizatus, & baptismus non potest iterari: & si sic non repararetur effectus eius, esset in vacuum susceptus. Effectus autem aliorum sacramentorum iterabilium potest recuperari.

24  
Baptis-  
mus tri-  
plex.

**Q. V. A. E. R. I. T. V. R.**, an sint plura baptismata? Respõ. quod sic, nam triplex est baptismus, videlicet, fluminis, sanguinis, & aque, vt notat glossi super illud Hebræo. 6. Baptismata doctriarum. Et de baptismo fluminis sit mentio. 15. q. 1. c. firmissimè. & ibi gloss. & de consecr. d. 4. c. necessarium. & ibi gloss. & Grego. Nazianze. Oratione. 2. in sancta Epiphaniarum lumina. & Bernardus episto. 77. in martyriũ vocat baptismum. Et Cassiod. de origine officiorum. c. 24. ponichæe tris baptismata. Et Origen. homil. 14. Leuiti. & Augusti. 13. de ciuita. Dei. c. 7. Baptismus autem fluminis vocatur pœnitētia peccatorum, & quæcunq; conuersio in Deum sufficiens ad infusionem gratiæ, qui non vocatur sacramentum, quia non confert gratiã ex opere operato. Nec martyrium vocatur sacramentum, quia iam essent plura quam septem sacramenta nouæ legis. Nec sunt necessaria in martyrio, res & verba, materia & forma. Sacramen



¶ a autem omnia constant ex illis.

Quæritur, vtrum pueri fint baptizandi? Et videtur quod non, quia nemo debet baptizari, niſi voluntarie, ſed in pueris non eſt voluntariū, ergo. Reſpondeo, nullo modo eſt dubitandū, quod pueri ſi non baptizantur, dānantur: ſi autē baptizantur, ſaluantur. Hoc expreſſè determinatur in cap. maiores. de baptiſmo. & Ioan. 3. dicitur, Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto, &c. Et Auguſt. cōtra Iulian. & de baptiſmo paruulorū. c. 13. & 30. & de fide ad Petrū c. 6. & in multis alijs locis determinat, quod pueri ſine baptiſmo dānantur, & cum illo iuſtificantur. Pueri enim habēt originale peccatū, ſecundū illud Romā. 5. Omnes in Adā peccauerunt, ſed in noua lege non eſt aliud remedium cōtra originale, niſi baptiſmus: ergo.

QVÆRITVR, vtrum amentes, & furioſi ſint baptizandi? Reſpond. quod ſi aliquis ſit perpetuō amens, quia ſic natus eſt, & nunquā habuit vſum rationis, talis eſt baptizandus, quia idem eſt iudiciū ac de puero. Secundo dico, quod ſi amens habuit aliquādo vſum rationis, & tunc cum erat ſui compes voluit baptizari, licet poſtea inciderit in amentiam, eſt baptizandus ſine dubio. Verum eſt, quod ſi quando habuit vſum rationis, & voluit baptizari, conſilet cum eſſe in aliquo peccato mortali,

25  
Pueri an  
ſint bap  
tizandi?

26  
Amentes  
& furio  
ſi, an ſint  
baptizan  
di.

## De Baptismo.

tali, à quo nolebat abstinere: malè faceret què  
eum baptizaret. Si autem talis de facto bapti-  
zetur, vtrum consequatur gratiam? Doctores  
concorditer dicunt, quòd nihil sibi proficeret  
baptismus. Nec ego oppositum auderè deter-  
minatè dicere. Probabile tamè existimo, cum  
baptismus sit in remedium peccatorum, quod  
habet efficaciam erga atritum qui est in mor-  
tali. Et potest etiam baptizari cum sit in origi-  
nali talis furiosus: quòd si baptizetur in casu  
dicto, saluabitur, ne ponamus aliquem in via  
extra statum salutis. Hoc credo multum proba-  
bile. Tertio dico, quòd si talis cum habuit vsu  
rationis noluit baptizari, postea lapsus in amè-  
tiam non potest baptizari, quia voluntas præ-  
terita reputatur præsens, & si baptizetur, nihil  
ei valet baptismus, vt videtur. Quarto dico,  
quod si sit taliter amens, de quo creditur quod  
redibit in pristinam sanitatè, etiam si ante amè-  
tiam voluerit baptizari, non est baptizandus,  
sed propter reuerentiàm sacramenti expectan-  
da est eius conualescentia: dummodò non sit  
periculum de morte eius.

27  
An pueri  
sint bap-  
tizandi  
insideliù  
iuitis pa-  
rentibus

QVAERITVR, an pueri infidelium sint  
iuitis parentibus baptizandi? Est quæstio gra-  
uis, & tractatur à S. Tho. 3. p. q. 68. ar. 10 4. d. 4.  
Capre. & multi Thomistæ tenent partem ne-  
gatiuam, scilicet, quod nullo modo licet bap-  
tizare

zaro

zare filios infidelium quorumcumque, siue illi sint pagani, siue Iudaei, siue liberi, siue serui, inuitis parentibus. Scot. 4. dist. 4. q. 9. tenet contrarium, scilicet, quod sunt baptizandi. Durand autem lib. & dist. ead. quaestio. 6. & Caieta. 2. 2. q. 10 ar. 12. tenent viam mediam. Dicit enim haec opinio esse distinguendum de infidelibus. Quidam enim sunt sui iuris, & non serui Christianorum: & talium filij non sunt baptizandi inuitis parentibus. Alij infideles sunt serui Christianorum quales sunt qui iure belli sunt serui, & etiam Iudaei secundum istos, & filij eorum, quia occiderunt regem nostrum: & horum filij possunt & debent inuitis parentibus baptizari. Hanc opinionem putat Caieta esse S. Thom. Pro huius quaestionis solutione notandum, quod per parentes in proposito, non intelligimus solos genitores, sed etiam eos in quorum custodia, & cura sunt filij. Vnde si puer infidelis iusto titulo, vel etiam iniusto (vt bene dicit Capre.) venerit ad terras christianorum, cum iam non possit esse sub cura genitorum, sed sub cura dominorum christianorum, esset baptizandus. Nam si tales non liceret baptizare, cum proprii parentes non possint eorum curam gerere, essent pueri extra statum salutis. S. Tho. igitur determinatè & absolutè respō. quod tales non sunt baptizandi inuitis parentibus, & ita tenendum est.

## De Baptismo.

Et ecclesia tales pueros in terris paganorum sub cura parentum degētes nunquam consuevit baptizare. Quauis eorum parentes male vtantur domino quod in ipsos habent. Nos tamen non sumus eorum iudices, dicente P'aulo, de his qui foris sunt nihil ad nos. Sicut ergo non possum cogere Christianum ad audiendā missam die Dominica, licet habeat præceptū audiendi eam: quia ego non sum executor huius legis. Et cap. Iudæi. 28, q. 1 & cap. ex literis. de conuersione infidelium habetur, quod si aliter infidelium fiat christianus, baptizentur ei filij pueri: ergo si nullus parentum conuertatur, non debent baptizari.

## De Ministro.

28  
Mali ministri an cōferant vera sacramēta.

**Q**VAERITVR, vtrum mali ministri conferant verum baptismum, & alia sacramenta? Respondetur secundū omnes dōctores, quod sic, & opposita assertio est hæresis, vt diffinitur in Concilio Tridentino. sessio. 7. de sacramētis in genere. Cano 22. cuius verba sunt. Si quis dixerit ministrum in peccato mortali existentem, modo omnia essentialia quæ ad sacramentum conficiendum aut conferendū pertinent, seruauerit, non con-

si ce-

ficere, aut conferre sacramentum, anathema sit. Et hoc idem est determinatum ab ecclesia in cap. Roma. de consecra. d. 4. vbi dicitur. Romanus Pontifex non attendit hominem, qui baptizat, sed spiritum Dei subministrare gratiā baptismi, licet pagan⁹ sit qui baptizat. & .i. q. 1. cap. Si iustus fuerit. Non est de hoc dubiū apud fideles, & oppositū dicere est error Vniclesiasta. Sed de hæreticis ministris fuit olim altercatum inter doctores, an conferrent vera sacramenta? Vnde Cyprianus cum episcopis prouintiæ Africæ, & aliarum duarum, Carthaginensium conuenerunt, vbi Cyprianus determinauit, quod ab hæreticis baptizati essent rebaptizandi, & perseuerauit in ea opinione, vt patet, cap. Si quis inquit. .i. q. 1. & cap. quomodo exaudiet. de cōsec. d. 4. Augu. aut. lib. vno de baptismo, dicit, quod siquid erroris ibi Cyprian⁹ tenuit, false passionis est remotū. Et de baptismo cōtra Donatistas. li. 6. & .5. c. 27. & in multis alijs locis, dicit quod conciliū vniuersale tertiu⁹ ecclesiæ, post illud Carthaginense celebratū, determinauit, quod hæretici conferebant vera sacramenta, & ita ecclesia tenet. & in cap. ad abolendum. de hæreticis. dicitur, quod qui aliter de sacramentis ecclesiæ sentit & docet, quàm ecclesia Romana, hæreticus est. Et si Ambro. li. br. de initiandis rudibus, & habetur. .i. q. 1. c. nō  
sa-

## De Baptismo.

fanat. dicat quod baptismus perfidi non munda-  
dat, sed polluit: loquitur de baptismo Arriano-  
rum, qui ponebāt aliam formam. scilicet in nomine  
filij serui. Et eadem veritas diffinitur tanquā  
de fide tenenda, & oppositam assertionem esse  
hæreticam in concilio Trident. sessio. 7. de ba-  
ptismo. cano. 4. cuius verba sunt. Si quis dixe-  
rit baptismum, qui etiam datur ab hæreticis in  
nomine Patris, & Filij, & Spūs sancti, cum in-  
tentione faciendi quod facit ecclesia, non esse  
verum baptismum, anathema sit.

29  
Ministrās  
sacrame-  
ta in pec-  
cato mor-  
tali, an  
peccet  
mortali-  
ter.

QVAERITVR, vtrum minister existēs in  
peccato mortali peccet mortaliter ministrās  
sacramentū? Resp. S. Tho. 3. p. q. 64. ar. 6. quòd  
sic: quia est notabilis irreuerentia diuinorum  
contra præceptum iuris naturalis. Admonet ta-  
men Cajetan. hoc esse sanè intelligendum. Nā  
ad hoc quòd talis actio sit mortalis, requirun-  
tur tria: Primo, quòd sit minister, ita quòd fa-  
ciat actū religionis. Ex quo patet contra Adria-  
num, quòd qui eleuaret hostiam iacentem in  
luto, non peccaret, etto esset in mortali, quia il-  
la actio non est ministri in quantum minister  
est. Secundo requiritur ad hoc quòd sit morta-  
lis, quòd actio illa sit sacramentalis. i. quòd pro-  
cedat à sacramento. Vnde diaconus in mortali  
legens euangelium peccat mortaliter, quia illa  
actio procedit à sacramento ordinis, & termi-  
natur



natur ad eucharistiam. Tertio irreuerentia ista est mortalis ex genere. Et cum secretè, & sine solennitate in necessitate baptizat in mortali, peccat venialiter tantum, quia facit id in persona alterius, & non ut sacerdos.

QVAERITVR, an liceat recipere sacramenta à malis ministris, scilicet à concubinarijs, &c? Sanct. Tho 3 p. q. 64. ar. 6. in solutionibus argumentorū. & 4. distin. 5. q. 2. tractat hanc materiã. Respondeo, quod duplex potest esse minister malus, vnus qui toleratur ab ecclesia, quoniam scilicet non est excommunicatus, nec praescisus, & à tali licitū est accipere sacramenta. Non tamen (vt bene notat Caieta.) licet eū inducere ad conferendum sacramētum, nisi in duobus casibus. Primo, quando ipse tenetur conferre sacramentū illud, puta quia est curatus, & dominica die possum eum inducere ad celebrandum, licet sit in mortali: quia ego vtor iure meo, & exigo quod ipse potest bene facere: & si male agit, ipse viderit. Secundo in articulo necessitatis. quādo in periculo mortis ego baptismo, possum inducere tunc ministrū quātunuis pessimum ad conferendū mihi sacramētum. Alter potest esse minister malus, qui sit excommunicatus, & praescisus ab ecclesia, & à tali non licet recipere baptismū, ac proinde nec aliud quoduis sacramentū. Has duas ppositio-

30

Sacramē  
ta à ma-  
lis mini-  
stris reci-  
pere an  
sit licitū

## De Baptismo.

nes ponit S. Tho. Caieta. Durād. Palud. Adria-  
& Scot. qui addit, quòd si sim in extrema neces-  
sitate, & ego baptismo, & sunt duo qui possunt  
me baptizare, scilicet laicus bonus, & sacerdos  
iniquus, potius debeo inducere sacerdotem ad  
me baptizandum, quam secularē: & bene dicit,  
nam laicus nō est minister sacramēti baptismi  
nisi in defectu sacerdotis. Tempore verò neces-  
situdinis licitum est etiam suscipere sacramentū  
baptismi ab excommunicato, & præsciso, vt be-  
ne dicit S. Tho. & Scot. nam talis minister so-  
lo iure positivo impeditur ab administratione  
sacramentorum, sed in casu necessitudinis est præ-  
ceptū de iure diuino vt ille baptizetur, & quod  
ille eum baptizet, ergo. Et ita determinatur in  
c. Si quē fortē. & c. Subdiaconus. 24. quæst. Et  
August. allegatur ab Adriano in libro de vno  
baptismo, de quodam qui in extremis ab hære-  
tico est baptizatus. Super quo Augustinus ait,  
non solum quod fecit non improbam⁹, sed etiā  
securissimē: & verissimē laudamus. Possunt er-  
go, & tenentur in articulo necessitudinis ab hære-  
ticis, excommunicatis: præscisisq; suscipere sa-  
cramentum baptismi, vt dictum est.

Hoc autē quod diximus non esse licitū reci-  
pere sacramēta ab excommunicatis, intellige de  
solis illis qui nominatim sunt excommunicati,  
vel ob notoriam percussionē clerici. Sic enim

32  
Ab excō-  
munica-  
tis, an li-

de

determinatum est in concilio Cōstantiensi, & in concilio Basiliensi. Cum alijs verò ex cōmunicatus idem iudiciū est, sicut de ministris peccatoribus non enim tenemur eos vitare, etiam in participatione sacramentorum, nisi sicuti malos ministros, non inducēda eos sine necessitate ad sacramenta conferenda.

Quæritur, an ad baptizandū puerū expectāda sit eius natiuitas ex utero? Resp. secundum oēs doct. quod sic. & habetur de consec. d. 4. c. qui in maternis. Verū est quod si manu obstertricis posset realiter mitti aqua, & verba dicantur, quod esset verus baptifinus. Si autē periclitetur puer nascēs, & appareat caput, baptizetur, & erit verus baptifinus, vt ait S. Tho. 3. p. q. 68. art. 11. 4. vbi ait, quod si esset omnino natus, sufficeret mitti aquam in caput, ergo. & c. Si autē alia pars appareat, scilicet pes, vel manus, dicit S. Thom. Durand. Palud. & est communis opinio, quod licet non sit certum an esset verus baptifinus, baptizāndus tamen est, & postea si nascatur debet sub conditione iterum baptizari. Palud. contendit probare quod certissime erit baptizatus, licet non intingatur aqua nisi pes, vel manus. Sed tamen non est ita certum, vt ipse putat. Panormitanus & Innocentius in cap. Debitum, de baptifino, videntur sentire, quod quælibet pars sufficiat ad

ceat sacramenta recipere.

32

An puer in utero matris sit baptizandus.

# De Baptifino.

baptifinū, & verè elt in hoc magna apparètia.

33  
Mulier  
prægnas  
condem-  
nata ad  
mortem,  
vel pro-  
pinqua  
an fit ape-  
rièda vt  
partu ba-  
ptizetur.

QVÆRITVR, quid facièdū elt de præ-  
gnante damnata ad mortè? Respond. quod elt  
expectandus partus. Patet in lege negat. ff. de  
ftatu hominum. & in lege prægnantis. ff. de pe-  
nis. & aliud facere effer grande facrilegiū. Sed  
quid fi illa ægrotet ad mortem, an fit aperien-  
da vt fœtus baptizetur? Refpondeo, quod tem-  
poribus noſtris quidam medicus conſuluit, vt  
fieret ſciſio, ſed peſſime procul dubio: nam nul-  
lo inodo licet. non enim ſunt facienda mala vt  
veniant bona: & non poteſt omnino eſſe certa  
mors matris: & dato quod eſſet certa, aperire  
eā viuente eſſet occidere eam, quod elt inima-  
ne ſacrilegiū. Poſteà verò cū mater moriatur,  
aperièda elt, & puer ſi viu⁹ reperiatur, baptizā-  
dus, vt in lege. poſthum⁹. ff. de inoffic. teſtamē.  
Solinus dicit de Iulio Cæſare, quòd ſic fuerit  
ab vtero matris extractus. & idem dicit Palud.  
Sed hoc non elt verum de Iulio Cæſare, ſed de  
alijs Cæſaribus.

34  
Pueri an  
ſint ſta-  
tim bap-  
tizandi.

Quæritur, quo tempore ſint pueri baptizā-  
di? Refpondeo ſecūduin S. Tho. quod ſtatim.  
Quia ratione baptifini, Deus & angeli habent  
maiozem curam illorum: non dico ſtatim. i. ea  
dem die. Eſt enim magna abuſio in noſtris tē-  
poribus, quod ſemper antequam puer ducatur  
ad eccleſiam elt baptizatus, ſi timeretur eius

mors

mors & esset periculum, bene quidem: sint aut, melius est vt in ecclesia baptizetur. Si aut aduli sint baptizandi non debent diu differre baptismum propter pericula interim imminetia: debent tamen prius intrui in fide. Tempore etiam interdicti licitum est baptizare, vt patet in cap quoniam, de sententia excommu. li. 6.

Quæritur, vtrū ad baptismum requiratur intentio baptizantis? Respondeo secundum S. Tho. 3. p. q. 64. ar. 8. & secundum oēs doctores, quod sic, & est secundum fidē ita tenendum, & opposita assertio est hæresis. vt diffinitur in Concil. Tridenti. sessio. 7. de sacramentis in genere. cano. 11. cuius verba sunt. Si quis dixerit in ministris dum sacramēta cōficiunt & conferunt non requiri intentionem, saltem faciendi quod facit ecclesia, anathema sit. Idem fuit diffinitum in concil. Florēti. sub Eugenio. 4. cuius verba sunt: Hæc omnia sacramēta nouæ legis tribus perficiuntur. scilicet reb<sup>9</sup> tanquā materia, verbis tanquā forma, & persona ministri conferentis sacramētum cum intentione faciendi quod facit ecclesia. Quorum triū si aliquid desit, nō perficitur sacramentum. Præterea eadem veritas patet. Nam quando ad vnū concurrūt multa, oportet quod sit aliquid per quod ex illis multis fiat vnum. In baptismo autē concurrūt multa, scilicet materia & forma, baptizans, &

35  
 & n in ba  
 ptismo,  
 requiritur  
 intentio  
 baptizā  
 tis.

## De Baptismo.

baptizatus, &c Ergo oportet cum sacramentū sit vnum, quod per aliquid fiat vnum: sed non videtur quomodo aliter fiat vnū, nisi per hoc quod applicatur isti per intentionem: ergo intentio requiritur. Itē oportet quod baptisimus sit actio humana, nam si infans baptizaret, nō esset baptisimus: sed non potest esse actio humana sine intentione, ergo requiritur intētio faciēdi quod ecclesia intēdit. Requiritur intētio baptizādi, nec quādo baptizat requiritur actualis intētio, sufficit enim virtualis. i. quod pri<sup>9</sup> voluerit baptizare, licet tūc quando baptizat cogitet de impertinentibus. Furiosus vero baptizare non potest, quia non habet intētionem quæ requiritur, vt dictū est. Si autē sacerdos putet se baptizare Petrum, & baptizat Martinū, quia iam intendit baptizare, verē baptizat, licet erret in persona. Inō quāuis erret in sexu, putans se baptizare Franciscū, & baptizat Ioānam, contra Hostiens.

36  
Baptis-  
mus an  
possit i-  
terari.

Quæritur, an baptisimus possit iterari? Respondeo secūdū omnes doctores quod nō, & ita est de fide tenendū, vt definitur in cōcil. Trident. sessio. 7. de baptismo. cano. 11. cuius verba sunt. Si quis dixerit verū & ritē collatū baptisimū iterādum esse illi qui apud infideles fidem Christi negauerit cum ad pœnitētiā cōvertitur, anathema sit. S. Tho. 3. p. 9. 66. ar. 9. tractat  
de



de hoc. Et patet, qui ad Ephe. 6. dicitur, Vna fides, vnū baptisma. Et ad Hebrę. 6. Impossibile est enim eos qui semel sunt illuminati, &c. & prolapsi sunt, rursus renouari ad penitentiam.

Quidā hæretici hunc locum intelligebant de penitentia. Contra quos Augustin. lib. de vera & falsa pœnitentia. c. 3. ostendit prædictum locum necessario esse intelligendum de baptismo.

Similiter Damas. li. 4. c. 1. Nam si de pœnitentia intelligeretur, esset cōtra illud euangelij. Mat. 18. nō dico septies, sed septuagies septies. Et est determinatio ecclesiæ, de consecr. d. 4. cap. Re-

baptizare. & sunt verba Augustini ad Maximianum, Rebaptizare hæreticum hominē omnino peccatum est, rebaptizare autē catholicū immanissimum scelus est. Habetur etiam. 1. q. 1. c. quod quidā. Est autem secundū S. Tho.

multiplex huius ratio. Baptism⁹ enim est quædā natiuitas, & regeneratio: sed homo in vita corporali non potest semel iam natus denuō

nasci, ergo nec in vita spirituali. item in baptismo cōmorimur Christo, vt dicitur Roma. 6. Sed Christus tantū semel mortu⁹ est, ergo. Itē

baptismus imprimat charactē indelebile, ergo. Ita quia dat⁹ est in remediū cōtra originale peccatū, sed hoc peccatū semel diuissū nō pōt redire, ergo nec baptism⁹ potest iterari: quod si reiteretur nihil omnino valet secūdb⁹ baptism⁹.

## De Bpatisimo.

Qui autem.2. baptizat, manet irregularis. vt patet in cap. ex literarum, de apofa. Et est notandum, quod baptifimus nō debet iterari, nec abfolutè, nec fub conditione, fi cōltat quod an rea fit baptizat⁹: etenim qui baptizaret fub cōditione cum qui iam eſt baptizatus, irregularitatem incurrit, vt patet ex verbis Auguſti. que Magiſt. ſenten. adducit. 4. diſtin. 6. dubitās, an qui ludicrè baptizaret, confert verum baptifimum. Ait Auguſtinus implorandum eſſe diuinum auxilium gemitibus, & orationibus. Si autem anxiatatur Auguſtin⁹, quomodo licet rebaptizare etiam fub conditione? Eſt peſſima abuſio in partibus noſtris rebaptizare fub conditione, ſed dēbet parochus diligēter quærere, an puer fit baptizatus: & ſi cōpererit quod ſic, nullo modo debet eum rebaptizare: ſi conſtet oppoſitum, debet eū baptizare. Si autē ſit verè dubium, determinat eccleſia. c. 2. de baptifimo, quod baptizetur fub cōditione. Me præſente adductus eſt quidā puer ad baptifimum, & qui buſdam dicentibus eum iam eſſe baptizatum, alijs vero hoc ipſum negantibus, adinonui clericum, vt quæreret prius veritatem, qui dixit mihi, O Pater non curetis, expectetis modicū, & videbitis, quid ego facio. Hæc dicens arripuit puerum, & ait, Alphonſe, Si tu es baptizatus, ego non te rebaptizo: ſi non es baptizatus,

ego

ego te baptizo in nomine patris, & filij, & spūs sancti. Hæc est magna abusus, nec toleranda.

Quæritur, an baptizato puero secretè debeant repeti solennes illæ cæremoniæ, & benedictiones ecclesiæ? Resp. quod sic, vt ait Paulus. & est cõmunis sententia. Sed quid si credens curatus iã puerũ esse baptizatum, dixit solenniter omnia illa quæ cõcomitantur baptismum sine immersione tamen: an postea sciens illum non fuisse baptizatum, debeat baptizare sine solennitatibus prædictis? Respõ. quod nõ, sed debet de nouo solènitè baptizare, quia solènitates non sunt de essentia baptismi. De ritu Baptismi, an sit cõueniens? consule S. Tho. 3. p. q. 66. ar. 10. & de catechismo, exorcismoq; 3. p. q. 71. Quanti autem habendi sint ritus sacramentorum qui per ecclesiã sunt recepti & approbati, vide & põdera in definitione celeberrima concilij Tridentini, sessio 7. de sacramētis in genere. cano. 13. cuius verba sunt. Si quis dixerit receptos & approbatos eccles. & catholicę ritus in solenni sacramētorum administratione adhiberi consuetos, aut contēni, aut sine peccato à ministris pro libito omiti, aut in nouos alios per quencunq; ecclesiarum pastore mutari posse, anathema sit.

Quæritur, an in catechismo puerorum, quãdo respondent pro eis, abrenuntio, sit ibi noua obli-

37  
Baptizatus secre-  
tus secre-  
10 debet  
publice  
benedicã

38  
An abrenun-  
tatio

## De Baptismo.

**baptiza-** obligatio pueri, an sic maneat puer obligatus  
**ti sit vo-** sicut si fecisset votū. Respon. quod Durandus  
**tum.** videtur dicere quod sic. Palud. tamen bene di-  
cit, quod ibi nulla est obligatio, etiam si qui ba-  
ptizatur sit adultus. Non enim intendit eccle-  
sia obligare eos de nouo, sed vt acceptēt ea ad  
quæ tenētur Christiani. Notandum etiā quod  
in catechismo contrahitur quædam cognatio  
spiritualis inter susceptorem, & susceptū: inter  
patrinum vero filiosq; eius & baptizatum con-  
trahitur affinitas spiritualis. Si autem non bap-  
tizetur, sed fiant solennitates tantum, contrahi-  
tur etiam affinitas, sed imperfecta: nā prima di-  
rimit matrimoniū, non tamen. 2. vt habetur de  
cognitione spirituali. c. 5.

39  
**Materia** An in sacramento baptismi, oporteat simul  
**& forma** concurrere materiam & formā baptismi? Res-  
**baptismi** pond. secundū omnes quod sic. Patet ex Au-  
**debent si** gustino, & habetur cap. de trahē. i. q. i. accedit  
**mul con** verbum ad elementum, & fit sacramētum. Ista  
**currere.** autem simultas secundū Scotum intelligitur  
modo humano: quia euangelistæ loquūtur ho-  
minibus, ac prouide satis est, quod materia &  
forma sint simul, eo modo, quo aliqua dicun-  
tur esse simul apud homines. Non credo tamen  
quod requiratur quod antequam iungetur a-  
quæ finiatur, incipiantur verba, sed sufficit  
quod postquam dixit, Ego te baptizo in nomi-

ne patris, & filij, & spiritus sancti, mittatur aqua. Nec de hoc dubito, iam enim iste est baptizatus in nomine patris, & filij, & c. sicuti in euangelio præceptum est. Et hæc de baptismo.

## ¶ SEQUITVR DE SACRAMENTO Confirmationis.

De Sacramēto Confirmationis tractat Magister sentent. 4. d. 7. & S. Thom. 3. par. quæst. 72. & c.

**V** A E R I T V R ante omnia, an Confirmatio sit à Christo instituta? Ad hoc dicunt quidam, quod cōfirmatio nō fuit instituta à Christo, nec ab Apostolis, sed ab ecclesia, hoc tenet Alexander de Ales. 4. par. q. 23. membro. 1. & S. Bonaventura. 4. d. 7. & Alexander ait, quod cōfirmatio fuit instituta in concilio Meldensi. Oppositum tenet omnis scholā theologorum. Opinio tamen Alexandri nō est hæretica, quia non negat confirmationem esse sacramentum, sed dicit, quod Christus habens potestatem con-

40  
Cōfirma  
tio est à  
Christo  
instituta

den-

## De Confirmatione.

dendi sacramēta, cōmunicauit illā ecclesię. Sed nos dicimus cōfirmationē institutā esse à Christo, nam apostoli confirmabant, vt patet Actūū .8. & .19. Et cōfirmati recipiebant spiritum sanctū etiam visibiliter: & non legimus quod ipsi apostoli hoc instituerunt, ergo. Et quod fuerit ante concilium Meldense, patet, de consec. d. 5. vbi Melchiodes, Urban⁹, & Fabian⁹, antiquissimi pontifices loquuntur de confirmatione, sicut de re in ecclesia consueta. Et S. Clem. qui Petro successit in episcopo. 3. ad vniuersos, & Cyprianus in concil. Carthagi. & Hierony. aduersus Luciferian. Cū autem sacramēta sint instrumenta nostrę redemptionis, quā Christus operatus est vsq; ad resurrectionē, oportet dicere omnia sacramēta instituta fuisse ante resurrectionem Christi. Instituit ergo Christus hoc sacramentum. Ioan. 16. quando promisit apostolis spiritum sanctum quo confirmarentur virtute ex alto. Illa enim missio spirit⁹ sancti in Pentecoste, vel fuit sacramentum confirmationis, vel habuit locum eius.

Quod autem confirmatio sit sacramentum verè & propriè, & quod sit à dño nostro Iesu Christo institutum, est ab omnibus fidelibus tanquam de fide firmiter tenendum, vt iam superius definitum est, cū de sacramētis in cōmuni ageremus questio. 4. & 5. Item hoc idē  
pro



probatur ex eodem concil. Tridenti. sessio. 7. de confirmatione. cano. 1. cuius verba sunt. Si quis dixerit confirmationem baptizatorum ocio sanæ ceremoniam esse, & non potius verum & proprium sacramentum, aut olim nihil aliud fuisse quam catechesin quandam, qua adolescentiæ proximi, fidei suæ rationem coram ecclesia exponebant, anathema sit.

Quæritur, quæ sit materia huius sacramenti? necessario enim est danda in eo aliqua materia, ut patet ex ritu eccles. & auctoritatibus sanctorum, & quia omnia alia sacramenta consistant ex materia & forma: ergo etiam hoc. Et oppositum dicere esset temerarium, nam in forma huius sacramenti signatur materia, dicitur enim, Consigno te signo crucis, & confirmo te chrisinate salutis. Respond. quod materia huius sacramenti est chrisina. Ut patet ex definitione concilij Florenti. sub Eugenio. 4. ubi sic dicitur. Sacramenti confirmationis materia est chrisina confectum ex oleo & balsamo per episcopum benedicto. Hoc vocabulum chrisina est Græcū, & accepit ecclesia illud ex Dionysio. cap. 4. de ecclesiastica hierarchia, & significat unguentum compositum ex oleo & balsamo. ut patet in c. vno. de sacra unctione. Balsamū autem necessarium est in materia confirmationis necessitate præcepti, ut patet ex capi. vno.

4r  
Materia  
confirmacionis est  
chrisina.

## De Confirmatione.

Balsamū  
nō est de  
necessita  
te sacra-  
mēti cō-  
firmatio-  
nis.

& cap. nouissimè. de consecr. distin. 5. & cap. 17  
de sacramentis non iterādis, & exritu ecclesię.  
Non est autem necessarium necessitate sacra-  
menti. nam balsamum est in sola Syria terra  
paganorum, & difficulter potest inueniri, & nō  
videtur quod materiam tam arduam voluerit  
Deus esse materiam sacramenti: non est ergo  
necessarium de essentia sacramenti, sicut nec  
aqua in consecratione sanguinis. Hoc tenet  
Caieta., p. q. 72. arti. 2. hoc etiam probatur ex  
cap. 1. pastoralis, de sacramentis non iterādis.  
vbi habetur, quod quidam per errorem fuit cō-  
firmatus oleo benedicto sine balsamo, & quæ-  
situm est, an esset iterandum sacramentum: &  
responsum est, nihil esse iterandum, sed cautè  
supplendum quod incaute fuerat omissum. Si  
illud fuit sacramentum, ergo chrisma non est  
de necessitate sacramenti: si autem non debuit  
iterari, ergo certe fuit sacramentū, licet postea  
propter præceptum chrisinate vngeretur. Cre-  
do ergo probabilissimè quod Chrisma non est  
de essentia sacramenti confirmationis: aliàs e-  
nim raro esset sacramentum, nam etiam puti  
negotiatores decipere nos, vendentes non bal-  
samin pro balsamo.

42  
Chrisma sit consecratum? Respond. quod sic. Ita tenet  
in confir Scot. Durand. Palud. Marsi. Syluest. Florenti.  
matione

& omnes, & videtur idē sentire S. Tho. 2. p. q. 72. articul. 3. vnde si chrismate non consecrato per errorem quis confirmaretur, non esset confirmatus, nam Christus hoc instituit, quod patet ex ritu ecclesiæ, & autoritate antiquorum doctorum. Cyprian. in opusculo de vñctione chrisinatis, & Dionysius, cap. 4. de ecclesiasti. hierarch. Ratio huius assignatur à S. Tho. Ricard. Alexand. & Bonauen. Quia cū sacramentum sanctificet actione, oportet vt in se sit sanctum: & propterea congruū fuit vt ipsa materia habeat in se sanctificationē. Sed est differētia inter materias sacramētorum, nam aliquas sanctificauit Christus immediate, vt sunt materiae illorum sacramētorū, quibus Christus est vsus, scilicet, baptismi, & eucharistiæ. Aliorū verò sacramētorū quibus Christus non est vsus, materias nō sanctificauit, vt materiā confirmationis, &c. Et ideo necesse est, quod tales materiae cōsecrētur. Et licet Christus receperit vñctionem à Magdalena, & in sepulchro, illud fuit modo humano, nō sacramētali vel spiritali, vel ad aliquem effectum spiritalē: sicut sanctificauit aquas in baptismo, non tamē quādo bibebat, nec panē quando comedebat.

Sed vtrum debeat ab episcopo chrisma consecrari? Videtur quod sic, vt patet in prædicto c. vno. d. sacra vñctione. & cōsecratur in die e-

debet esse consecratum.

43  
Chrisma  
debet ab  
episcopo  
consecra  
ri.

## De Confirmatione.

næ, & quolibet anno renouatur. Vtrum autem papa possit communicare cōsecrationem simplici sacerdoti? Credo probabiliter, quod sic, & tunc non esset de essentia sacramenti quod confirmatio fieret cum chrisinate ab episcopo consecrato, vt notum est.

44  
Forma sacramenti confirmationis.

Quæritur, quæ sit forma sacramenti confirmationis? Resp. quod hæc, Consigno te signo crucis, & cōfirmo te chrisinate salutis. Hoc tenent omnes doctores, nullo excepto. Et ita habet ritus ecclesie, & auctoritates sanctorum. Et si apostoli non utebantur hac forma, vt patet Actuum 8. hoc ideo fuit secundum S. Tho. & omnes, quia oleum ponitur in confirmatione pro signo visibili: sed tunc miraculosè fiebant signa visibilia, & ideo non vngentur confirmatos. Item propter irrisiones infidelium vitandas, esset enim ridiculum apud infideles, si vngerentur confirmati, & ideo solum confirmabant per manuim impositionem. Cessantibus autē illis signis visibilibus miraculose factis, vsi sunt materia & forma prædictis.

45  
In confirmatione imprimi tur character.

Imprimi autem confirmatio characterem, vt patet ex concilio Florenti. sub Eugenio 4. cuius verba sunt. Inter hæc septem ecclesie sacramenta tria sunt (scilicet, Baptismus, Confirmatio, & Ordo) quæ characterem, id est spirituale quoddam signum à cæteris distinctiuum,

im.

imprimunt in animam indelebile. Vnde in ea dem persona nullum horum trium sacramentum reiteratur. Idē patet ex cōcil. Tridēt. sessi. 7. de sacramentis in genere. cano. 9. vbi sic dicitur. Si quis dixerit in tribus sacramētis baptismo, scilicet, cōfirmatione, & ordine non imprimi characterem in anima, hoc est, signū quoddam spirituale & indelebile: vnde ea iterari nō possunt, anathema sit. Qui autem bis cōfirmaret eundem, peccaret quidem, sed tamen nō esset irregularis, quicquid dicant canonistæ.

Quia nullus textus in iure ponit hanc pēnam. Et patet ex cap. dicto de consecr. d. 5. vbi lit in ētio de iteratione confirmationis, & non ponitur pēna irregularitatis, licet prohibeatur iteratio. Sed quare posita est pēna irregularitatis iterantibus baptismum, & non iterantibus cōfirmationem? Respon. quia antiquitus fuit cōtentio & hæresis de iteratione baptismi, nō autem de cōfirmationis repetitione. Et ideo hoc secundum noluit ecclesia ita stricte prohibere, & punire, sicut prius.

Quæritur, vtrum quis possit cōfirmari an tequam sit baptizatus? Respon. quod non, & si fiat nihil factū est: vt habetur in cap. Si quis, de presbytero nō baptizato. vbi præcipitur, quod de nouo baptizetur, & iterum ordinetur. Et ea dem est ratio de confirmato, & non baptizato.

46  
Confir-  
mari ne-  
mo po-  
test ante  
baptis-  
mum.

## De Confirmatione.

Et cap. veniēs de presbytero non baptizato, dicitur, quod baptismus est fundamētū omniū sacramētōrū. Si autē quis ordinaretur ante cōfirmationem, male faceret, sed tñ factū teneret.

47 **Quæritur, an confirmatio conferat gratiā?**  
**In confirmacione confertur gratia.** Respond. quod sic. Et ita tenendū est tanquā de fide quia est sacramentum. Item quia sic expressē definitum est in concilijs, vt habes superius. qō. 6. cum de sacramētis in comuni ageremus. Item patet ex cōcilio Tridē. sessio. 7. de confirmatione, cano. 2. cuius ista sunt verba. Si quis dixerit iniurios esse Spiritui sancto eos qui sacro cōfirmationis chrisinati virtutē aliquam tribuunt, anathema sit. Imò confert maiorem gratiam quā baptismus. Quia iam in confirmatione fit miles, & roboratur ad defendendam fidem, quā in baptisino recepit. Et ita dicit Palud. & omnes. Et de consecra. distin. 5. c. de his, dicitur, quod confirmatio est dignius sacramentum quā baptismus, & maiore veneratione dignum.

48 **Quæritur an omnes debeant confirmari?**  
**An omnes tenentur cōfirmari.** Respon. secundum docto. omnes quod sic. Et patet de consec. distin. 5. cap. Omnes fideles, & cap. Vt ieiuni. vbi dicitur, nunquam erit Christianus nisi cōfirmatione episcopali fuerit chrisimatus. Sed vtrum sit de necessitate salutis hoc sacramentum? Respond. quod stando in iure

di-



diuino non est præceptum, nec inuenitur in euangelio locus obligatorius, sicut inuenitur de baptismo, pœnitentia, & eucharistia: verum est quod contemptus eius est peccatum mortale: contemneret verò qui nollet illud recipere, quia non vult obedire & putat nullius meriti esse, & valoris. Hoc esset mortale secūdm omnes & S. Tho. 3. p. q. 72. ar. 8. dimittere autē illud ex negligentia nō esset mortale contra ius diuinum, qualiscunque negligentia sit etiam crassa. Stando autē in iure humano, Adria. & S. Tho. tenent quod non est præceptum, & ego ita credo, licet oppositum teneat pene omnes, Scotus. Palu. Maio. &c.

Quæritur, qua ætate dandum est hoc sacramentum? Resp. quod Marsilius, & quidam alij dicunt, quod expectanda est ætas. 12 annorum, sed credo ex S. Thom. non esse necessarium expectare vsum rationis. Idem ait Gabriel & Antoninus, & Syluest. verum est quod B. Antoninus dicit bonum esse expectare septenniū pueri, propter periculum reconfirmationis, vt scilicet confirmatus meminerit se esse confirmatum.

Quæritur, an solus episcopus possit hoc sacramentū conferre? Quærit hoc S. Tho. 3. p. q. 72. ar. 11. Respon. quod licet de hoc sint variae opinioniones, dicendum tamē est cum S. Thom.

49  
Qua ætate  
te confir  
matio est  
suscipi  
enda.

50  
An solus  
episcopo  
possit cō  
firmare.

## De Confirmatione.

Alexád. & Palud 4. d. 7. q. 4. & Marfi. 4. quæst. 5.  
quod propria autoritate nõ potest simplex sa-  
cerdos confirmare, & si tētet, nihil faciet Nihi-  
lomin⁹ ex cõmissione Papæ quilibet sacerdos  
posset cõfirmare. Hoc patet autoritate ecclesie  
ex facto Gregorij, vt habetur. 95. d. c. peruenit,  
(ait Gregorius) ad nos quosdã scandalizatos  
fuisse, quod presbyteros prohibuimus cõfirma-  
re. Et post dicit ad Ianuariũ. Et si de hac re ali-  
qui cõtristantur, vbi episcopi desint, concedi-  
mus quod presbyteri signent in frõte baptiza-  
tum. Et in concil. Florēt. sub Eugen 4. in extra-  
uagant. de vnione Armenio. instruendo Arme-  
nos, numerantur septē sacramenta, & secundũ  
est cõfirmatio, cuius ordinarius minister est  
episcopus. Itē idem definitum est in cõcil. Tri-  
denti. sessio. 7. cano. 3. cuius hæc sunt verba. Si  
quis dixerit sanctæ confirmationis ordinariũ  
ministrum non esse solum episcopum, sed quẽ-  
uis simplicem sacerdotem, Anathema sit. Nihi-  
lominus ex dispensatione sedis apostolicæ, &  
rationabili causa simplex sacerdos potest hoc  
sacramentum ministrare.

51  
De ritu  
cõfirma-  
tionis &  
suscepto-  
re confir-  
mati pa-  
terino.

Circa ritum huius sacramenti, vide celeberrimam definitionẽ concilij Tridenti. de sacramentis in genere. sessio. 7. cano. 13. supra quæst. 36. vbi de baptismi ritibus agebatur. Et est notandum, quod susceptores confirmandi, seu pa-

trini

trini debent esse confirmati. vt patet de cōsec-  
 d.4.c.in baptisinate. Et si patrinus non confir-  
 matus teneat, nō oritur inde cognatio spiritua-  
 lis, quæ aliās oriretur: quia non est verus sus-  
 ceptor. Quilibet autem cōfirmatus potest esse  
 patrinus, nisi vir vxoris, & vxor viri. Si vir ta-  
 men teneat vxorem, inde oritur affinitas: & si  
 scienter fecerit, non potest petere debitum, te-  
 netur tamen reddere. Et contrahitur in hoc sa-  
 cramento tanta affinitas, quanta in baptisino.  
 Et nō possunt esse susceptores plures, sed vnus,  
 & debet esse aliud quàm in baptisino. Quod au-  
 tem fiat signatio in fronte, non videtur esse de  
 essentia huius sacramenti. Quia in euangelio  
 non legimus, nisi quod imponebant manus su-  
 per illos. Quod autem fiat per modū crucis,  
 patet esse necessariū, quia in forma dicitur, cō-  
 signo te signo crucis. Oleum etiā necessariū  
 est, & ritus ecclesiæ tenet quod cōfirmatus nō  
 lauet oleum per.7 dies: sed hoc nō est de essen-  
 tia. Et hæc de sacramento Confirmationis.

¶ SEQVITVR SACRA-  
 mentum Eucharistiæ.

## De Eucharistia.

¶ De Sacramento Eucharistiæ tra-  
ctat Magist. sentent. 4. distinct. 8.  
& S. Thomas. 3. part. quæstio. 73.  
Et ante omnia.

52  
Eucharis-  
tia est sa-  
cramen-  
tum.



VAE RITVR, an Eucharistia  
sit sacramentum? Respon. ab omni-  
bus Christianis, quod sic, & maxi-  
mum omnium sacramentorum. Ita  
determinatur in multis concilijs, & ideo hoc  
firmiter est de fide tenendum, vt habes superius  
de sacramentis in genere, quæst. 5. item idē ha-  
betur in concil. Tridēti. sessio. 13. capit. 2. Et ec-  
clesia cantat, Tantum ergo sacramentum, &c.  
Sed quid est illud quod vocamus sacramentū,  
an sit actio ipsa puta consecratio, vel sumptio  
eucharistiæ, vel aliquid aliud? Respond. ex S.  
Thom. 2. p. q. 73. articu. 1. ad. 3. & 78. arti. 1. ad. 2.  
quod nec cōsecratio, nec sumptio eucharistiæ,  
est sacramentum, nec pars sacramēti: sed sacra-  
mentum eucharistiæ perfectum est id quod re-  
manet post consecrationem. Sicut enim colla-  
tio baptismi non est sacramētum baptismi, ita  
nec consecratio eucharistiæ est sacramentum,  
nec ipsa sumptio: sed species ipsæ, & corpus  
Chri

Christi sunt sacramentum: vt patet in c. penul.  
 1. q. 1. vbi dicitur. Sunt autē sacramenta bap-  
 tisma, chrisma, corp<sup>9</sup> Christi & sanguis: ecce aper-  
 te dictum. Et licet sub diuersis speciebus conti-  
 neatur corpus Christi, est tamen vnicū sacra-  
 mentum, non vnitate naturali, cum species sa-  
 cramentales differant specie, sed vnitate finis,  
 quia omnia quæ in eo sunt ordinantur ad vnū  
 finē, scilicet, vel ad cōtinendū Christum, vel ad  
 faciendam vnitatem corporis mystici.

Queritur, vtrum sacramentū eucharistiæ  
 sit de necessitate salutis? Respō. quod est præ-  
 ceptū de eucharistia, vt patet Ioan. 6. Nisi mā-  
 ducaueritis carnem filij hominis. Est etiam sa-  
 cramentum hoc de necessitate præcepti eccle-  
 siæ, vt definitū est in c. Omnis vtriusq; sexus: &  
 de pœnitentijs, & remissionibus. & longe effi-  
 caciū idē est definitum in cōcil. Tridēti. sessi.  
 13. cano. 9. cuius verba sunt. Si quis negauerit  
 omnes & singulos Christi fideles vtriusq; se-  
 xus, cum ad annos discretionis peruenerint te-  
 neri singulis annis saltem in paschate ad cōmu-  
 nicandum iuxta præceptum sanctæ matris ec-  
 clesiæ, anathema sit. Secundo dico, quod hoc  
 sacramentum non est ita de necessitate salutis  
 sicut baptismus. Nā nemo potest saluari sine  
 baptismo realiter, vel in voto suscepto: & ta-  
 men sine Eucharistia possunt saluari multi,

53  
 Eucharis-  
 tia an sit  
 de neces-  
 sitate sa-  
 lutis.

## De Eucharistia.

vt de facto saluantur pueri baptizati, ac proinde non est ita de necessitate salutis, sicut baptismus. Eucharistia autem interpretatur bona gratia, vt patet. i. q. i. c. multi. Ab alijs interpretatur, gratiarum actio. synaxis, communio, & sacrificium.

54  
Figura  
euchari-  
stia.

Huius autem sacramenti potissima figura, secundum S. Tho. fuit agnus paschalis: Lutherus tamen irridet figuram huius sacramenti, & officium S. Tho. de corpore Christi, dicit compositum à summo Christi hoste, eo quod adducit figuras, & miratur quare ibi non adduxerit figuram asinae Balaá: sed dimittamus perniciosissimum hominē. Circa hoc multa bona dicit Gabriel in canone. lect. 55. vbi petens quare in canone fit mentio de sacrificio Abrahæ, Abel, Melchise. & non de agno. Respond. hoc ideo esse factum, quia in illis tribus sacrificijs allegatur sanctitas sacrificatium, quæ semper placuit Deo: eius autem agni paschalis non semper fuit acceptus Deo.

55  
Materia  
euchari-  
stia: pa-  
nis trici-  
ceus.

Quæritur, quæ sit materia huius sacramenti? Respond. quod panis & vinum. Ita determinatum est ab ecclesia, cap. Firmiter, de summa Trinita. & fide catholi. Et in concil. Carthaginensi, Et habetur de consec. d. 2. c. In sacramentis. & c. Cum omne. & c. Cum Marthæ, de celebratione missarum. Et patet, nam Christus hac

ma-



materia est vsus: accepit (ait euāgelista) panē, &c. similiter & calicem, & non bibam amodò de hoc genimine vitis. Ex quo patet quod in calice continebatur vinum. Panis verò debet esse triticeus, ita quod in alia materia non potest confici: vt ait S. Tho. 3. p. q. 74. ar. 3. Idem tenet Alexand. de Ales. 4. par. q. 32. & Durand. 4. dist. 10. q. 4. & Scot. dist. 11. q. 6. Idem habetur in concilio Florenti. sub Eugen. 4. cuius verba sunt. Sacramenti Eucharistiæ materia est panis triticeus, & vinum de vite, cui ante cōsecrationem aqua modicissima misceri debet. Vnde omnis panis qui in cōi modo loquēdi vocatur panis, & est ordinatus ad alimētū hominum, est sufficiens materia consecrationis. Ex quo sequitur, quod panis hordeaceus non est materia consecrationis nec potest in eo confici hoc sacramentum: quia non est panis, nec hordeū est alimētum hominum, sed bestiarum. Panis autē siliginis (de centeno) quia verè est panis, & ad alimentum hominum ordinatus potest consecrari. Idē dicendum de farre, & spelta, si ex eis cōficeretur ver⁹ panis, De farre dicit Palud. quod sufficit. De spelta dicit Antonin⁹, quod sufficit: sed quia hoc non est certum, credo esse temerarium cōsecrare in alio quā triticeo pane. De mayz apud Indos, dubium est, an esset sufficiens materia, & ideo non est consecran-

## De Eucharistia.

erandum in eo. In pasta autem ex tritico (enla massa) non potest fieri consecratio, quia nō est panis, sed ex ea fit panis: & habet alias proprietates quā panis: hic enim nutrit, illa verò interficit. in agnidone etiam S. Tho. tenet quod nō potest fieri consecratio, & ita ego credo, alij tamen dubitant. Et Palu. 4. d. 4. & d. II. q. 1. ar. 4. dicit quod potest in eo fieri cōsecratio: sed hoc nullo modo est tenendum.

56  
Panis a-  
zymus ma-  
teria eu-  
charistia:

Quæritur an panis consecrationis debeat esse azymus, id est sine fermento? Respō. S. Tho. 3. p. q. 74. art. 4. quod non est de essentia sacramenti, quod panis sit azymus: sed potest confici etiam in fermentato, quia est verus panis. Cōueniens tñ est quod quilibet cōsecret secundū ritū suæ ecclesiæ. In ecclesia autē circa hoc non est vnus ritus solus, nā Græci conficiūt in fermentato: vt dicit Grego. in regiltro. Sed cōsuetudo latinorū cōsecrandi in azymo cōuenientior est quā consuetudo Græcorū. Nā Christus celebrauit in azymo, vt patet Matth. 26. Prima autē die azymorum accesserunt discipuli ad Iesum dicentes, vbi vis paremus tibi comedere pascha? Et Lucæ. 22. venit autē dies azymorum in quā necesse erat occidi pascha. Græci verò propter detestationem Nazareorum, qui putabant legalia simul esse obseruanda cum euāgelio: quia in lege Iudæorum comedebantur pa-  
nes

nes azymi, ipsi elegerunt nō consecrare in azy-  
mo. Et etiam vt expressius significarent Chri-  
stum ex carne & diuinitate factū. Vnde in hoc  
non sunt heretici, nec peccant consecrantes in  
fermentato.

Quæritur, vtrum requiratur certa, & deter-  
minata quantitas panis ad consecrandum, vel  
an possit sacerdos consecrare tantū panis, quā-  
tum sibi placuerit? S. Tho. 3. p. q. 74. ar. 2. tenet  
quod nulla est quantitas panis aut vini tā mag-  
na ad consecrandum, quæ non possit esse mate-  
ria huius sacramenti: sicut in rebus habētibus  
materiam, ex parte finis determinatur quanti-  
tas materiæ, vt in domo: & in fabricatione na-  
uis, ex parte intentionis determinatur quanti-  
tas. Ita etiam tenet Scot. Durand. Gabr. & om-  
nes, & idem dicendum est de paruitate.

Quæritur tamen, an oporteat materiā esse  
præsentem? Resp. ab omnibus quod sic. Patet  
ex facto Christi, qui cōsecrauit materiā præsen-  
tē, accepit panē in sanctas ac venerabiles man-  
sus, similiter & calicē. Item patet: quia intētio  
ministri non potest distinctē dirigi, nisi super  
rem præsentē, cū omnis nostra cognitio ortum  
habeat a sensu: sed ad cōsecrandum requiritur  
intentio ministri, ergo & præsentia materiæ.  
Item probatur efficacius ex ritu ecclesiæ, quæ  
nunquam materiā absentem, &c. nec vnquā

57  
An requi-  
ratur cer-  
ta quan-  
titas.

58  
An oportet  
materiā Eu-  
charistiæ  
esse præ-  
sentem.

## De Eucharistia.

visum est, quod aliquis sacerdos bonus aut malus tentauerit cōtrariū facere: oportet igitur materiam esse præsentem, & apud sacerdotē. Cū enim sacramentum sit institutum propter homines, illa præsentia requiritur in materia sacramēti, quam communiter homines vocant præsentiam: & cū res quæ est post parietem non dicatur apud nos præsens, nec etiam quæ est retro nos: videtur quod non possit cōsecrari.

59  
Vinū vi-  
ris, est  
materia  
euchari-  
stia.  
Quæritur, vtrum vinum vitis sit materia huius sacramenti? Respondetur, quod sic. Quia in vino vitis cōsecrauit Christus, vt patet Matthæi. 26. non bibā de hoc genimine vitis. Et habetur cap. Didicimus. & c. Cum omne. de consecrat. d. 2. & in alijs multis locis.

In aceto  
non po-  
rēt con-  
secrari.  
Vtrum autem possit consecrari in aceto? Respondetur omnino quod nō. Et nō dubium de hoc, quia non est vinū, sed corruptio vini. Licet gl. in cap. Sicut (el primero) de consecra.

d. 2. dicat cōtrarium: sed nisi sit falcem in mesē alienam, & turpiter errauit, nisi intelligatur de vino aliquantulum corrupto (hoc est, que tiene vna punta de vinagre) in tali enim cōsecrari potest: quia est vinum verū. Sed vtrum possit consecrari in vino contento in racemis, in mullo? Respondetur, quod nō debet fieri: prohibitum enim est in cap. Cum omne, de cōsec.  
Mustum  
in vuis  
non po-  
tēt con-  
secrari.

d.2. Secundo dico, quod nec posset fieri consecratio in tali vino: quia sicut pasta non est panis, sed ex ea fit panis, ita nec succus ille in duas contentus est vinum, sed ex eo fit vinum, & ideo non potest esse materia consecrationis.

Quæritur, utrum aqua sit miscenda cum vino? Resp. quod sic. Et habetur cap. in sacramento, de consecr. d.2. & ibidem cap. scriptura. & cap. cum Marthæ. de celebratione missarum, & in multis alijs cap. Est autem necessaria aqua necessitate præcepti, non tamen necessitate sacramenti, ut tenent omnes theologici.

Dubitatur, an in eucharistia maneat substantia panis & vini? Ad hoc S. Tho. 3. p. q. 75. arti. 2. & omnes doctores dicunt quod non, & hoc de fide tenendum est. Et fuit determinatum in concilio Constantien. sess. 8. ubi condemnatus fuit Vuicleff, qui oppositum tenebat. Et in concilio Lateranensi in cap. Firmiter, de summa Trinitate & fide catholica. Item in concilio Tridenti. sessio. 13. cap. 2. cuius verba sunt. Si quis dixerit in sacrosancto Eucharistiæ sacramento remanere substantiam panis & vini cum corpore & sanguine domini nostri Iesu Christi, negaueritque mirabilem illam & singularem conversionem totius substantiæ panis in corpus, & totius substantiæ vini in sanguinem, manentibus tantaxat speciebus panis & vini. Quam quidem

60  
Aqua miscenda est vino in calice.

61  
In eucharistia non manet substantia panis & vini.

## De Eucharistia.

conuersionē catholica ecclesia aptissime transubstantiationem appellat, anathema sit. Desinit autem per consecrationē esse ibi panis materia & forma, manentibus accidentibus, & incipit ibi esse corpus Christi loco panis. Non tamen dicitur panis annihilari, licet nihil ipsius maneat, quia omnis motus accipit nomē à termino ad quem, sicut vocamus calefactionem quādo ex aqua frigida fit calida, quia illa actio terminatur ad calorem. Cū igitur conuersio ista non habeat pro termino desitionem panis, sed præsentiam corporis Christi sub his speciebus, ideo non est dicēda annihilatio panis, sed conuersio: licet desinat esset materia & forma panis secundum se & quolibet sui. Disputatio videtur de nomine, sed hoc modo dicitur conuenientius.

62  
In eucharistia manent accidentia panis & vini.

Utrum omnia accidentia panis & vini manent in hoc sacramento? Sanctus Thomas. 3. parte, quæstione. 75. artic. 5. respōdet, quod sic, vt habes in concil. Tridentino, in præcedenti quæstione allegato, ea enim accidentia quæ nos in Eucharistia videmus, clarum est, quod erant panis. Et hoc congruit, quia horribile esset comedere carnem Christi in propria specie. Et quia diuinueretur meritum fidei: viderationes S. Thomæ, loco allegato. Manent etiam in hoc sacramento aliquæ proprietates



panis & vini, nam homo sine miraculo nutritur eisdem.

Vtrum prædicta conuersio sit instantanea, vel successiua? Respondetur secundū omnes quod fit in instanti: nam successio in rebus naturalibus est vel ex defectu materiæ, vel formæ, vel agentis: sed hic propter nihil istorum est necessarium, quod fiat successiue, ergo fit in instanti. Et verba consecrationis sunt causa huius cōuersionis: sed illa finiuntur in instanti, ergo cōuersio fit in instanti, scilicet, in primo instanti non esse verborum. In cōsecratione autem hostiæ ex vi verborum est ibi corpus Christi, & etiam anima rationalis, quæ dat formā corporeitatis: est enim ibi corpus Christi, & etiam caro Christi, de qua antea dixerat, Nisi manducaueritis carnē filij hominis: sunt & ossa & sanguis, dicit enim Christus, Hoc est corpus meum, id est humanum, & per consequens caro, & sanguis, & ossa. Nam corpus humanum (vt dicitur. 2. de anima) est corpus physicum organicum potentia vitam habēs, cuius actus est anima. Caro autem capitur pro materia, & forma, etiam cum accidentibus. Sanguis uerò sub specie panis est, ex naturali cōcomitantia, nō ex vi verborum, sicuti, & anima, & diuinitas ipsa.

Quæritur, vtrū Christus sit totus in toto hostia,

63

Conuer-  
sio panis  
& vini  
est instan-  
tanea.

64

## De Eucharistia.

Christus est totus in qualibet parte hostiæ? Respondetur iuxta fidem catholicam, affirmatiue. Sic enim expresse diffinitur in concil. Florenti. sub Eugenio. 4. Et item in concil. Tridēti. sessi. 13. cano. 3. cuius verba sunt. Si quis negauerit in venerabili Sacramento Eucharistiæ sub vnaquaque specie, & sub singulis cuiusque speciei partibus, separatione facta, totū Christum contineri, anathema sit. S. Thomas ingenuè fateatur se nescire modum, quō Christus est in hoc sacramento, Alexand. de Ales. 4. p. q. 40. Alti siodorensis, Ricard. Bonauentu. Palu. Duran. Capreo. S. Tho. & omnes antiqui ponunt hūc modum, & dicunt, quod Christus est totus in tota hostia, & totus in qualibet eius parte, & quod omnes partes Christi sunt simul cum qualibet parte hostiæ: sed non simul inter se, nam corp⁹ Christi in hostia est extensiuē & septem pedū. Nec mēbra Christi in hostia sunt simul, sed sicut in cælo. Quātitas enim habet duo officia, vnum est separare partem ex parte subiecti, ita quod caput sit extra pedes, & brachia extra crura: Alterum est extēdere partes in situ in ordine ad locum. Quātitas ergo in eucharistia exercet officium primum, non tamē secundū: nam si Christi corpus non esset in hostia extensum, non esset organizatum, nec cum figura, & viueret ibi violenter. Hunc etiam modum tenet

net Scot. Maio. & Marsilius. Ex quo sequitur quod corpus Christi in Eucharistia verè & sine fictione quacunque potest à nobis imaginari, cuiuscunq; figuræ voluerimus. Et sic depingitur crucifixus, eo modo se habere, sicut si esset vnus puer tâtillus, sicut est imago crucifixi in hostia: nam vbi sunt oculi imaginis, est oculus Christi, & vbi manus imaginis, ibi & manus Christi, quomodo cunq; figurata sit imago. Hæc non est mala imaginatio.

Quæritur, an prædicta continentia & existentia corporis & sanguinis Christi & totius Christi sub speciebus panis & vini, sit vera & realis? Respondetur affirmatiuè, & ita secundum fidem catholicam tenendum est. Ita enim definitur in concil. Trident. sessio 3. cano 1. cuius verba sunt. Si quis negauerit in sanctissimo Eucharistiæ sacramêto contineri verè realiter & substantialiter corpus & sanguinem vnâ cum anima & diuinitate Domini nostri Iesu Christi, ac proinde totum Christû, sed dixerit tâtummodo esse in eo, vt in signo, vel figura, aut virtute, anathema sit.

Quæritur, an huiusmodi realis existêtia & continentia totius Christi & partium eius in hoc sacramêto duret duntaxat pro tēpore quo sacramentû est in vsu, hoc est, si sit ibi verè & realiter solummodo quâdo sacramentum sumitur,

## De Eucharistia.

tur. Respondetur negativè, sed est ibi ab instã  
ti cõsecrationis, & tràssubstãtiationis, vsq; dũ  
species ipsæ panis & vini desinãt esse in rerum  
natura, & ita de fide tenẽdum est. Sic enim dif-  
finitur in cõcilio Tridenti. sessio. 13. cano 4. his  
verbis. Si quis dixerit peracta consecratione  
in admirabili Eucharistiæ sacramento nõ esse  
corpus & sanguinem domini nostri Iesu Chri-  
sti, sed tantum in vsu dum sumitur, non autem  
ante vel post & in hostijs seu particulis conse-  
cratis, quæ post cõmunionem referuantur, vel  
superfunt, non remanere verum corpus domi-  
ni, anathema sit.

67

Quæritur, an in sacramẽto Eucharistiæ, Chri-  
stus sit adorandus adoratione patriæ nõ solum  
interno cultu, sed etiam externo. Respondetur  
affirmatiue, & ita secundum fidẽ catholicã fir-  
miter est tenendum. Sic enim diffinitur in con-  
cil. Tridẽ. sessio. 13. cano. 6. cuius verba sunt. Si  
quis dixerit in sancto eucharistiæ sacramento  
Christum vnigenitũ Dei filiũ, non esse cultu la-  
triæ etiam externo adorandum, atq; ideo nec  
festiua peculiari celebritate venerandũ, neque  
in processionibus secundum laudabilẽ & vni-  
uersalem ecclesiæ sanctæ ritum & consuetudi-  
nem solenniter circumgestandum, vel non pu-  
blice, vt adoretur populo proponendum, & e-  
ius adoratores esse idolatras, anathema sit.

Ex

Ex quæstionibus nunc proxime definitis constat licere sacram Eucharistiam in sacratio referuari, & licere item ipsam ad infirmos honorifice deferre, & oppositæ assertiones hæreses sunt, vt patet ex Concil. Tridenti. sessio. 13. cano. 7. cuius verba sunt. Si quis dixerit non licere sacram Eucharistiã in sacratio referuari, sed statim post consecrationem astantibus necessario distribuendum, aut non licere, vt illa ad infirmos honorifice deferatur, anathema sit. Ex eisdem item definitis quæstionibus liquet certissimumq; est Christum in Eucharistia exhibitum manducari non tantum spiritaliter, sed etiam sacramentaliter. quod quidẽ definitum est vbi supra cano. 8. his verbis. Si quis dixerit Christum in Eucharistia exhibitum, spiritaliter tantum manducari, & non etiam sacramentaliter, ac realiter, anathema sit.

Quæritur, vtrũ Christus moueatur in hoc sacramento? S. Tho. 3. p. q. 76. arti. 6. ponit duas propositiones. Prima, corpus Christi in eucharistia non potest moueri localiter per se, quia non potest transire ab vna parte hostiæ ad aliã. Secunda, ad motum hostiæ corpus Christi mouetur localiter de per accidens, sicut motis nobis mouentur ea quæ sunt in nobis. Idem dicit Marsilius. 4. quæstio. 7. arti. 3. dub. 5. de alijs au-

69  
Christus  
quomodo  
mouetur in  
eucharistia.

## De Eucharistia.

tem motib<sup>9</sup>, alterationis, calefactionis, corruptionis, & similibus, dicit S. Tho. & Scot. quòd non est ibi capax alicuius actionis, aut passionis naturalis, saltè respectu alicuius extrinseci, respectu cuius habet se corpus Christi sicut si esset substantia spiritualis. Et ita communiter tenent omnes: & hoc non est propter impedimentum Christi, sed naturaliter. Et sic in sacramento hoc non est mobiliter Christus, nisi solo motu locali. Et si corruptis speciebus desinat ibi esse corpus Christi, non tamen dicitur corrumpi, sicut nec ego desinens esse in hoc loco, dicor corrumpi. Manet igitur Christus tandiu in speciebus, quandiu inanet substantia panis, & vini, si non essent consecratae.

70  
Christus  
an vide-  
ri possit  
in eucha-  
ristia.

Quæritur, vtrum Christus possit videri in hostia? Respòd. ex S. Tho. 3. p. q. 76. ar. 7. & naturaliter loquendo nullus oculus corporeus, præter oculum Christi, potest videre Christum in eucharistia, nec ocul<sup>9</sup> corporis glorificati. Idè dicit Scotus. 4. dist. 10. q. 9. & Marsili<sup>9</sup>. q. 7. ar. 3. & Durand. dist. 10. q. 4. Secundo dico, quod oculus Christi in eucharistia videt se existentem in eucharistia. Hoc S. Tho. 3. p. q. 76. ar. 7. ad secundum. Et quia litera est ibi inmensa, debet sic legi. Ad. 4. dicendum, quod ocul<sup>9</sup> corporalis Christi videt se in sacramento, non tamè potest videre ipsum modum existendi quo est sub sacra-

mētō.



mētū quod pertinet ad intellectum. Tertio dico, quod oculus corporalis, tam viatoris, quam beati, per miraculum potest Christū videre in eucharistia. Hoc S. Tho. & conuenit etiā Scor. Et hoc de oculo corporali. Vtrum verò per intellectum possit Christus videri, & eius mod⁹ existendi in hoc sacramento? Dico cū S. Tho. loco citato nūc, quod naturaliter loquēdo nullus intellectus humanus aut angelicus, coniunctus aut separatus potest cognoscere Christū in hoc sacramēto secūdum quod est sub speciebus. Patet quia iste modus existendi est supernaturalis excedens totam naturæ facultatem. Secundo dico, quod beati vidēt hoc mysteriū, sed in verbo: nam cum hoc sacramentū sit vnū præcipuum de substantia fidei, & visio correspondeat fidei & spei, beati vidēt illud: sicut audiuius enim sic vidimus in ciuitate domini Dei nostri. Psalm. 47.

Quæritur, an quādo in hostia apparet puerulus, vel aliquid aliud (sicut sæpè apparuit Grego. & Paschasio) sit ibi realiter Christus? S. Tho. 3. p. q. 76. ar. 8. dicit quod dupliciter potest fieri huiusmodi apparitio. Primò per modum trāseuntis, ita quod subito redit hostia ad suam propriam formā, & tunc à parte rei nulla est facta mutatio, sed solūm ex parte oculorū, & sensuum nostrorū: sicut pphetis apparebāt

71  
An in miraculosis apparitionibus eucharistiae sic Christus?

## De Eucharistia.

visiones animalium & bestiarum, quæ tamen non erant à parte rei. Fit autem hoc in eucharistia aliquando, vt sciamus ibi esse corpus Christi. Secundo modo potest fieri talis apparitio perseueranter, & tunc à parte rei facta est vera mutatio specierum. Et si in forma carnis, aut sanguinis appareat, non sunt sumendæ propter horrorem speciei illæ, & quia humanis carnibus vesci illicitum videtur. Essent tamé prædictæ species adorandæ, sicut antea.

72  
An accidētia manent sine subiecto in hoc sacramento, vel an species quæ sunt in hoc sacramento habeant aliquod subiectū?  
S. Tho. 3. p. q. 77. arti. 1. & omnes concorditer dicunt, quod accidētia manent sine subiecto in hoc sacramento. Quia non sunt in pane, cum ille iam deserit esse. Nec sunt in corpore Christi, quia accidens migrare non potest de subiecto in subiectum. Et etiam quia Christus habet iam alia accidētia, nec ista conueniunt illi. Et sic est determinatū in cap. firmiter. de sum. Trinita. & fide catho. Quantitas autē est sine subiecto miraculose à Deo sustentata. Aliæ vero qualitates, vt albedo, caliditas, frigiditas, & alię similes sunt in quantitate sine miraculo, & sine speciali Dei cōcursu. Sicut enim in actibus naturalibus principale agens est subētantia, tamé non mediante se, sed mediante accidente: sic in  
cau

causalitate causæ materialis, principale subiectum accidentium est substantia corporea, sed non immediate, sed quantitate mediata. Et tales qualitates sine miraculo nouo, habent suas operationes: nã species vini consecrati frigefaciunt naturaliter si vinum erat frigidum: nã frigefacere non conuenit substantiæ nisi frigiditatis ratione: cum ergo ibi sit frigiditas, naturaliter frigefacit. Sic igitur species consecratae faciunt & producunt, quicquid agere & producere possent, si manerent cum substantia panis, & vini.

Quæritur, vtrum vino consecrato possit misceri aliquis liquor non consecratus? & si talis mixtio fiat, an sit totum consecratum, vel pars, aut nihil: vel pars sic, & pars non? Hæc est grauis difficultas S. Tho. 3. p. q. 77. arti. 8. ponit aliquas propositiones. Prima, si misceantur duo liquores diuersarum specierum, si sint in quantitate sufficienti, & fiat perfecta mixtio, vtrumque corrumpitur, & fit vnum tertium. Secunda, si misceantur duo liquores eiusdem speciei, & in quantitate sufficienti, vtrumque corrumpitur, & fit vnum tertium. Tertia, si vino consecrato apponatur tantundem aquæ, vel alterius liquoris, non manet ibi corpus Christi: iam enim non est vinum. Quarta, si

73  
An uino consecrato possit misceri alius liquor.

## De Eucharistia.

vino cōsecrato misceatur aliud vinum non cōsecratum eiusdē speciei in quantitate sufficienti, non manet ibi corpus Christi. Sed hoc vltimum intellige quādo per multum tempus, & per motum magnum (quod rarò cōtinget) fieret perfecta mixtio. Tunc enim nō manerent partes vini consecrati, quia essent diuisæ subintrantibus alijs vini superadditi. Vnde post summptionem sanguinis, ecclesia cōsuevit accipere bis vinū, vt si manserit aliquid sanguinis, assumatur. Dico ergo sine metu, quod etiā addito multo vino non cōsecrato, manet ibi corpus Christi, & sanguis eius: & consequenter quod in secunda ablutione, melius erit assumere plus aquæ quàm vini: quia tunc corrumpetur species vini.

74  
Forma  
consecra  
tionis pa  
nis & vi  
ni.

Quæritur, quæ sit forma huius sacramenti? Respondetur secundū omnes, & est determinatio ecclesiæ in c. cum Martha, de celebratione missarum. & in concil. Florentino, forma cōsecrationis panis est hæc, Hoc est enim corpus meum. Et forma consecrationis vini. Hic est enim calix sanguinis mei, noui & æterni testamenti, mysterium fidei, qui pro vobis & pro multis effundetur in remissionem peccatorū. Et oppositū dicere est pessimus error. Et malè de hoc dubitat Erasim⁹ in annotatione. 1. Corinth. 11. vbi ait, Vtinam Paulus nobis traderet qui-

quib<sup>9</sup> verbis facer ille panis cōsecrari deberet. Verè miror, non de erroribus horū grāmatis-  
 rum, sed de eorum superbia maxima, qui non  
 habentes auctoritatem pro se, reuocant hoc in  
 dubiū. Sed illis dimissis, dicimus hāc esse for-  
 mam consecrationis eucharistiæ, qua vsus est  
 Christus in vltima cœna, Hoc est enim corpus  
 meum. Et ita etiam apertè dicit S. Cypria. de  
 cœna domini in principio, & Ambr. libr. de sa-  
 cramentis, & habetur de cōsec. d. 2. c. conse. & c.  
 Illa aut verba quæ præcedunt formā consecra-  
 tionis, scilicet, Qui pridie quā pateretur, & c.  
 licet Scot. dicat esse ita necessaria, vt sine ipsis  
 esset dubia consecratio: melius tñ S. Tho. 3. p. q.  
 78. ar. 1. 4. & Durand. d. 8. dicunt nō esse necessa-  
 ria, necessitate sacramēti, cum non sint forma:  
 propter ordinationem in ecclesiæ non liceret  
 ea prætermittere. In cōsecratione verò sangui-  
 nis calicis forma est, Hic est enim calix sangui-  
 nis mei. Hæc sola verba secūdum cōmunē opi-  
 nionem sunt sufficientia ad consecrationē san-  
 guinis. Reliqua verò quæ sequuntur, scilicet,  
 noui & æterni testamēti, & c. sunt de perfectio-  
 ne formæ, & nō de essentia sacramēti: sicut Et  
 ego, in forma baptisimi. Hoc patet, quia Græci  
 ita consecrant sanguinem, nec ob hoc sunt dā-  
 nati ab ecclesia, & in missali B. Basilij illa sola  
 verba tanquam forma erāt iubeis literis scrip-

## De Eucharistia.

ta. Scotus tamen admonet quod sacerdos non debet intendere cōsecrare per ista, vel illa verba: sed debet absolute cōsecrare, dicens omnia illa verba, quę sunt in forma, qua nunc ecclesia nostra vtitur. Ly, enim, in vtraque forma non est de essentia sacramenti, nullus enim Euangelista ponit illud: male tamen faceret qui omitteret illud. Potest etiam forma dici quacunque lingua: sed tamen variare illam, & alia lingua dicere, peccatum esset, licet sacramentum teneret.

75  
Quid de charitiae per illud pronome, hoc? Resp. quod licet de hoc sint variae opiniones, tenendū tamen est cum S. Tho 3. p. q. 78. ar. 5. & sup epist. 1. Corinth. 11. vbi ponit aliquas propositiones. Prima, Tam Christus quam sacerdos aliquid demonstrat per ly, hoc, quia alias verba nō applicarentur materię. Secunda, Per ly, hoc, non demonstratur aliquid singulare, & discrete: sed dicitur in generali & indistincte: & sensus est, contentum sub his speciebus, est corpus meū. Sicut cum dicimus, Hic est calix, &c. intelligitur, contentum in hoc calice, est sanguis meus. Sicut quando demonstro marsupium, & dico hoc est aurum: sensus est, quod continetur hic est aurū. Sic etiam in forma significatur, quod cōtinetur vel cōtinebitur hic, est corpus meū.  
Idem



Idem tenet Ricar. 4. d. 8. q. 1. ar. 3 & Durád. d. 8. q. 2. ad primum argumentum principale. & Ca. pre. dist. 8. & 9. q. vnica. ad argumenta cōtra. 5. conclusionem. & Altisio d. & glos. super Matthæum. 26. & Marsil. 4. q. 6. Et est manifestum, nam illa forma, Hoc est corpus meum, nihil aliud facit, nisi quod corpus Christi cōtineatur sub his speciebus, ergo hoc ipsum significatur per formam.

Quæritur, qui sint effectus huius sacramenti? Responder S. Tho. 3. p. q. 79. art. 1. quod primus effectus est collatio gratiæ: hæc autem gratia confertur in sumptione, vt patet Ioan. 6. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem in me manet & ego in eo. Gratias quas promittit Christus in hoc sacramento promittit ratione sumptionis: ergo ante sumptionem non conferuntur: & de hoc non est dubitandum. Datur autem prædicta gratia immediate in ipsa sumptione. Et omnibus sumentibus eucharistiã confertur æqualis gratia ratione sacramenti ex opere operato. Non tamen ideo datur maior gratia, quia recipitur sub vtraque specie: nam alias qui in maiore hostiã sumeret, maiore perciperet gratiã ratione quãtitatis continuæ, quod est falsum, ac proinde nec ratione quãtitatis discretæ, cū sub specie panis & vini sit vnicū sacramentum.

76  
Effectus  
Euchari  
sticæ.

## De Eucharistia.

rum Et alias fraudaretur populus magna gratia sacrificij: cum profectò pia mater ecclesia non negaret illud sub vtraq; specie, si daretur maior gratia. Iste autè effectus gratiæ nō impeditur per peccatum veniale: licet enim quis recipiat eucharistiã in actuali peccato veniali, nō ideo impeditur augmētum gratiæ in eo, vt ait S. Tho. 3. p. q. 79. ar. 8. quia aliàs esset magnū periculum. Quis enim sine peccato veniali accederet sepe? Per peccatum autè veniale impeditur actualis sensus gust⁹, & delectatio spiritualis. Nec etiã requiritur tunc motus liberi arbitrij actualiter concomitans sumptionē Eucharistiæ: sufficit enim motus liberi arbitrij præcedēs, vt etiam dicit S. Tho. 4. distin. 15. q. 1. art. 3. q. 2. ad 2.

77

Per euchar. remittitur peccatū mortale.

Quæritur, an per hoc sacramentum remittatur peccatū mortale, an scilicet possit quis accedere ad eucharistiã in peccato mortali, ita quod nō peccet mortaliter de nouo? Respōdetur, quod dupliciter potest quis accedere cum mortali. Vno modo sciēter, & talis semper peccat mortaliter de nouo. Non diiudicās corpus Domini, iudiciū sibi manducat & bibit. Secundo modo ignoranter, quia scilicet doluit, & credidit se habuisse sufficientem dolorē: cum tamen in rei veritate talis dolor non fuerit sufficiens. & talis non accedit indigne, nec peccat

mor-

mortaliter, quinimo virtute sacramenti remittitur præcedens peccatum. Hoc S. Tho. 3. p. q. 79. ar. 3. & q. 80. ar. 4. & Alexan. de Ales. 4. par. q. 45. in eb. 3. ad secundū. & Bonauentu. 4. d. 9. q. 7. & Gabriel in canone, lectione 8. & Marsil. 4. q. 6. ar. 4. cōclu. 1. & Gerson in multis locis, & super Magistrum tracta. 9. p. 3. Adrianus. q. 1. de Eucharistia, & oēs præter vnum Maio. Patet aut hoc, nam aliàs cum non possit homo scire, vtrum odio vel amore sit dignus (iuxta illud, Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum. 1. Corinth. 4. & Iob. 9. Verebar omnia opera mea: & ibidem, Si simplex fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea. & De propitiato peccato noli esse sine metu. Ecclesi. 5.) periculosissimum esset accedere ad Eucharistiam, & talis exponeret se periculo peccati mortalis, cum nemo sciat se sine peccato accedere. Item Ioannis. 6. dicit Christus, Panis verus est qui de cœlo descendit, & dat vitam mundo. Cùm igitur accedens in gratia, iam habet vitam, si aliquando existenti in mortali inculpabiliter ignorato, non daret gratiam, nunquam esset verum, quod hic panis vitam daret mundo. Satis est igitur, ad hoc vt quilibet secur⁹ accedat ad eucharistiam: quod doleat de præteritis, & proponat cauere futura, licet aliquando non sint remissa peccata: & tunc remissionē eorum acci-

## De Eucharistia.

capiet, non ratione contritionis, quæ perficitur: sed ratione sacramenti, quod secundum Augustinum & sanctos, viuificat mortuos, & semper sic accedens habebit gratiã. Et licet de hoc aliqui dubitent, ego tamen nullum dubium habeo. An verò huius sacramenti præcipuus effectus sit remissio peccatorum, dices secundum fidem catholicam, negatiue, ita enim definitur in concil. Tridenti. sessio. 13. can. 5. vbi sic dicitur. Si quis dixerit vel præcipuum fructũ sanctissimæ Eucharistiæ esse remissionem peccatorum, vel ex ea non alios effectus prouenire, anathema sit.

78

An sumptionem eucharistiæ prærequiritur confessio.

Quæritur, an ante sumptionem Eucharistiæ sit necessaria confessio, vel an sufficiat sola contritio cum proposito cõitendi peccata semel in anno? Respon. sententia omnium Theologorum S. Thom. Durand. Scot. Palud. Alexad. Bonauent. Gabriel. Ochã, & aliorum est, quod necessarium est confiteri omnia peccata moralia antequam accedamus ad Eucharistiam. Quæ sententia adeò certa & firma est, vt nulliam liceat de opposito aliquid etiam opinatiue asserere. Hoc patet ex concilio Tridentino, sessio. 13. de Eucharistia, cap. 7. & iterum immediate post canonein vndecimũ, idẽ diffinit sub his verbis. Et ne tantum sacramentum indigne,

ne, atque ideo in mortem & condemnationem  
sumatur, statuit atque declarat ipsa sancta Sy-  
nodus illis quos conscientia peccati mortalis  
grauat, quantuncunque etiam se contritos exi-  
timent, habita copia cōfessoris necessario prę-  
mittendam esse confessionem sacramentalem.  
Si quis autem contrarium dicere, prædicare,  
vel pertinaciter asserere, seu etiam publice dis-  
putando defendere præsumpserit, eo ipso ex-  
communicatus existat. Hoc autem præaddu-  
cti doctores non solum dicunt iure positiuo  
tantum, sed etiam iure diuino: & hoc habitum  
est semper pro certo, & ab antiquo. Vnde Hu-  
go de sancto Victore, vir magnę autoritatis in  
lib. de Ecclesiastica potesta. dicit, Audaçter di-  
co, si ante sacerdotis confessionem quis acces-  
serit ad corpus & sanguinem Christi, reus erit  
corporis & sãguinis dñi quãtunuis pœniteat,  
& vehementer doleat, & ingemiscat. Hoc aut  
dixit. 60. annis ante Innoc. 3. qui instituit, cap.  
omnisvtriusq; sexus. Ex quo patet, quod nõ de  
nouo in prædicto cap fuit positum præceptũ  
de confessione ante eucharistiam præmitten-  
da. Et Cypria. in epistola ad fratres consisten-  
tes in plebe, reprehendit episcopos sui episco-  
patus Carthaginensis, eo quod non memores  
euangelij, & suę autoritatis, lapsis dabant eu-  
charistiam ante confessionem. Idem dicit (&  
ad

## De Eucharistia.

ad huc acrius) in libello ad lapsos, & in alijs locis multis. Et lib. 6. ecclesiasticę hystorię refert Eusebius de Philippo imperatore, quod cum in die Paschę cōmunicare vellet, non fuit permissus ab episcopis, nisi prius confiteretur peccata. Omnino igitur tenendum est contra Caieta. necessariam esse confessionem sacramentalem ante sumptionem eucharistię. Quod etiā probatur ex consuetudine ecclesię: quam frangentes putant se grauiter errare. Item eucharistia est sacramentum vnitatis ecclesiasticę: ergo recipiens illam oportet: non solum vt recōcilietur Deo per contritionem, sed etiam ministris ecclesię per cōfessionem. Item Matth. 6. Christus dicit, Si offers munus tuum ante altare, & ibi recordatus fueris, quod frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi munus ante altare, & vade reconciliare fratri tuo. Hęc igitur sententia tenenda est, quamuis nō putē hęreticum, quod Caietanus dicit.

79  
y. Casus. Aliquando licet sumere eucharistiā sine pręuia cōfessione.

Quæritur, an liceat aliquando sumere eucharistiā ante confessionem? Respon. secundum omnes, quod sic, primo quando quis tempore necessitatis, quo tenetur sumere eucharistiā, non habet copiam confessoris. Cū enim pręcepta domini suauia sint, nec pręcepta positua militent cōtra ius naturale, nō tenemur ea implere cum infamia nostra: ac proinde si



parochus ruranus, non habet cōfessorē, & si nō celebrat se diffamat, celebrare potest sine præuia confessione. Et eodem modo si ego habeā casus reservatos, & non est episcopus præsens, & si non celebros infamor, possum celebrare sine confessione peccati reservati Item propter reuerentiam sacramenti, puta si cœpi celebrare, & in ipsa celebratione meminero alicuius peccati mortalis, non oportet vt relinquā infam, quia facere in irreuerentiam eucharistiæ: & hoc etiā si sim in ipso principio missæ. licet solum introitū dixerim. Ita tenet Ricard. Paluda. & alij: quod credo verum, quanuis Archiepiscopus Florentinus dicat, quod si ante consecrationē recordetur, & possit sine scādalo quærere confessorē, debet illum quærere. Sed non credo hoc esse verum. Idem dicendum est de his qui sunt ibi parati ad recipiendam eucharistiā, qui si ibi recordati fuerint alicuius mortalis, secure possunt communicare, etiam ante confessionem, propter reuerentiam sacramenti. Nec de hoc dubito.

Queritur, vtrum sacerdos debeat dare Eucharistiā peccatori perseveranti in peccato, & petenti eam? Respond. primo secundū omnes, quod publico peccatori, cōcubinario, vsurario, meretrici, & similibus non debet dari Eucharistia: quia esset mittere margaritās ante por-

2. casus.

80

Aneucharistia sit danda peccatoribus.

## De Eucharistia.

porcos, & sanctum dare canibus. Item quia talis publicus peccator, non habet ius ad perendum sacramentum, quia est sibi prohibitum. 1. Corinth. 11. Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat: ergo qui negat ei sacramentum, non facit ei iniuriam. Per publicum autem peccatorem intelligimus cum S. Tho. 3. p. q. 80. ar. 6. & 4. d. 9. q. 1. arti. 1. cum qui damnatur a iudice propter euidenciam facti cuius populus est testis: ut dicitur in cap. Cum dilectus, de purgatione canonica, & cap. Euidencia, de accusationibus, & cap. Tua nos, de cohabitatione clericorum, & mulieribus igitur neganda est eucharistia. Verum est, quod si is qui est publicus peccator in vno loco, accedat ad me in alio loco distantiori, in quo reputatur bonus, nec potest fama facile ad hunc locum peruenire, & petat eucharistiam: probabile videtur mihi, quod teneor illi dare, quia alias offenderem eum grauitus. Si autem publicus peccator, secrete poenituit & petit Eucharistiam in publico, non debeo illi dare, quousque ostendat poenitentiam suam exterius. Si vero secrete poenituit, & secrete petit, debet illi dare Eucharistiam: nisi existimetur, quod hoc factum veniet in publicum. Si autem peccator occultus, quem ego & aliqui alij scimus peccatorem, publice petat eucharistiam, danda est illi: quod etiam fecit Christus cum ludæis.

da: aliās diffamarē eum. Admoneat tamen eum parochus secrete si possit, vt dicitur in capi. 2. de officio ordinarij. Si autem peccator occultus occulte petat, siue sacerdos sciat eius peccatum in confessione, siue extra cōfessionem, debet ei denegare: quia nullo modo ei nocet. Ita tenet S. Tho 4. d. 9. q. 1. ar. 5. q. 2.

Queritur, vtrum pollutio nocturna impediat sumpcionem Eucharistiæ. Pro responsione notandū cum Palud. 4. d. 6. q. 3. quod pollutio nocturna nūquam est peccatum, sed signū, aut effectus peccati. Et idem dicit S. Thom. 4. dist. 9. q. 1. ar. 2 & 3. p. q. 80. ar. 7. quia talis actus non est immediate in potestate hominis. Si igitur ille actus sequatur ex causa culpabili mortaliter, tunc dixit Ricard. & quidam alij, quod impedit sumpcionem Eucharistiæ, ita quod peccaret mortaliter qui post illam accederet ad sacramentum. Sed dicendum est absolute, quod nulla pollutio nocturna impedit sumpcionem Eucharistiæ sub pœna peccati mortalis. Hoc tenet Palud. 4. d. 9. q. 4. conclusionē. 2. & Gabriel lect. 10. in canone, & Gerson de materia celebrationis consideratione. 7. & Maio. di. 9. quest. 2. & Syluest. verbo Eucharistia, & Bonauentura, di. 12. q. 3. Hoc parer, nam post confessionem non manet, nisi quædam immūditia corporalis: sed vt dicitur Matthæi 18.

87

an pollutio nocturna impedit sumpcionem eucharistiæ.

## De Eucharistia.

Non lotis inanibus ināducare non cōinquinat hominem, ergo. Item, quia vel hoc impendit sumptionē eucharistiæ, propter malitiā. & hoc non quia maiora peccata, scilicet blasphemia, & periurum, non impediunt. Vel propter distractionem & turbationem; & hoc non, quia legitimus concubitus non impedit, cum tamē æqualiter dissoluat mentem, sicut illegitimus, inō & amplius cum sit in vigilia: ergo pollutio nocturna non impedit sumptionem eucharistiæ. Si vero pollutio fuerit mortalis, accedere ad sacramentum erit veniale propter quandam irreuerentiam, quia mens inultūm distracta est. Et sancti cōsulunt, vt tales per aliquod tempus abstineant, scilicet vsque ad diē sequentem, vel per .24. horas, vt dicit Alber. Alexand. & S. Tho. Et etiā si pollutio fuerit merē naturalis, propter reuerentiam in sacramento, melius erit non accedere illa die. Et ita consulunt decreta cap. testamentū. & capi. non est. dist. 6. Et hoc nisi fuerit festum aliquod, vel causatur nota aliqua apud videntes, quod iste nō celebrat: tunc enim ineliūs erit celebrare. Ista autem irreuerentia non facit quod sit peccatum veniale accedere ad Eucharistiam, quia talis iminūditia fuit mere naturalis. Ita dicit S. Tho. 3. p. q. 80. ar. 7. 1. vbi ait, quod id consulunt sancti, totum est de congruitate & consilio, Post coner-  
bi.

ditum autem conjugalem, Grego. 34. q. 4. c. vii  
cum propria, dicit, quod si accessit voluptatis  
causa, abstinere: si autem ratione prolis, suo iu-  
dicio relinquatur. Breuiter dico, quod accede-  
re ad eucharistiam post legitimū concubitum,  
non est peccatū. Post quancunque vero aliam  
pollutionem in vigilia, fornicationē, aut adul-  
terium, accedere ad Eucharistiā etiā post pœ-  
nitentiam & confessionem magna irreuerētia  
est, sed non peccatum mortale, secluso contēp-  
tu: melius tamen esset tunc abstinere. Post sum-  
ptionem etiā eucharistiæ bonum est, quod  
vir a propria vxore abstinere, sed nō est neces-  
sarium.

Quæritur, an accedens ad eucharistiam de  
beat esse ieiunus? Respō. omnino quod sic, S.  
Tho. 3. p. q. 80. ar. 8. allegat Augusti. episto. 118.  
in responsione ad Ianuarium. Et habetur de cō-  
secra. d. 2. c. liquido, vbi dicitur, placuit spiritui  
sancto, & ita apostoli ordinauerunt, & ita ser-  
uatur per totum orbem, vt non sumeretur ci-  
bus ante corpus dominicum. Idem dicitur in  
concil. Carthaginensi. Et habetur de consecr.  
dist. 1. c. Sacramenta, & cap. ex parte, de celebra-  
tione missarum, prohibetur sacerdos ne bis ce-  
lebraturus, in prima celebratione sumat ablu-  
tionem. Vide etiā capi. Nihil. 7. q. 1. Christus  
autem Eucharistiā dedit apostolis post cœ-  
nam,

82  
Euchari-  
stia a iei-  
iunus su-  
menda.

## De Eucharistia.

nam, quia secundum ritū legis, illa hora debebat celebrari pascha, & prius debuit plene legē obseruare, quam hoc sacramentum institueret. Et voluit vltimo loco hoc tam grande donum relinquere, quō vehementius cōmendaret mysterij illius altitudinem. Institutio autem apostolorum fuit legitima, vt cum maiori reuerentia ad tantum sacramētum accedatur. Si enim Leui. 10. prohibetur Aaron & filijs eius ne bibant vinum, nec omne quod inebriare potest, quando erant sanctuarium intraturi, vt haberent scientiam discernendi inter sacrū & profanum, inter pollutum & immundum: multo magis sacerdotibus celebraturis conuenit, vt ieiuni accedant ad tam admirabile sacramētum. Hoc igitur de fide tenendum est, & oppositum est erroneum, & hæreticum, vt determinatum est in concil. Constantiensi, sessi. 13. quāuis derideat hæreticissimus ille Luthe.

Sed dubitatur, an saltem aliquando liceat sacerdoti celebrare post prandium, seu consecrare, vt det Eucharistiam existenti in extrema necessitate? Maior. distinet. 9. quaestio. 3. ad. 5. dicit, quod licet: imò in fermentato, & sine alijs solēnitatibus potest consecrare secrete: quia diuinum ius derogat positium, cum ergo esse ieiunum, & consecrare in azyino sit de iure positiuo, communicare verò sit præceptum diuinum:

83  
An aliquando eucharistia possit sumi a non ieiuno.



num: sequitur, quod primum non potest impedire secundum. Oppositum tenet Paludanus distinctione nona, ubi ait, quod non licet, & hoc credo probabilius. Item videtur contra ius diuinum consecrare panem sine vino, & e contra. Et est cōtra cap. Comperimus, de consecra. distinet. 2. Et consecrare in fermentato, & sine solennitatibus prohibitum est, ac proinde non est faciendum. Si commode fieri potest, propter reuerentiam sacramenti, detur Eucharistia manne infirmis antequam aliquid sumatur. Si autem hoc commode fieri non potest, detur illis etiam post cibum sine serupulo. Ita enim tenet vsus ecclesie, & omnes doctores, & merito quidem: nam quod propter iustitiam institutum est, non debet contra charitatem militare. Debet igitur recipiens Eucharistiam esse omnino ieiunus. Verum est quod si cum quis lauatur, gustaret paululum aquæ, vel vini, præter intentionem, non ideo impediatur sumere Eucharistiam, dum tamen fuerit in parua quantitate. Et sic tenet Sanct. Thom. & omnes. Idem dicit, si cibi frustum paruum manserit inter dentes, & præter intentionem deglutatur. Si etiam post ablutionem inuenerit sacerdos aliquam hostiæ, potest & debet eam accipere, quia ieiunus incepit, & eius officium nondum est terminatum. Itē quia alias

## De Eucharistia.

non posset sufficienter occurri necessitatibus & difficultatibus, nam frequenter post ablutionem, inueniuntur reliquæ. Patet etiam, quia in parasceue sumitur particula hostiæ posita in vino, etiam si post primum haustum particula adhaereat calici.

<sup>84</sup>  
An sit danda eucharistia non habenti vsum rationis.

Quæritur, quibus sit danda Eucharistia, vtrum possit dari non habentibus vsum rationis? S. Tho. 4 dist. 9. & 1. p. q. 80. ar. 9. cum alijs doctoribus responderet cum distinctione. Nō habentes vsum rationis sunt in duplici differentia: quidam qui dicuntur non habere, quia parū habent, vt sunt hebetes: & rudes: & istis nullo modo est Eucharistia neganda. Alij sunt totaliter priuati vsum rationis. Et isti sunt in duplici differentia: quidam qui nunquam habuerunt vsum rationis, vt sunt pueri, & amentes à natuitate: & talibus non est danda Eucharistia, quia non habent deuotionem, nec diiudicant corpus domini ab alijs cibis. Alij sunt qui aliquando habuerunt vsum rationis, vt phrenetici: & talibus si non sit periculum irreuerentiæ, vel vomitus, & prius pœnituerint & habuerint deuotionem ad Eucharistiā, & petierint: licet postea in phrenesim inciderint, nō debet negari: quia per ea quæ naturalia sunt, non debet quis perdere beneficia gratuita. Hoc probatur duobus decretis cap. qui recedūt, & c. is qui,

26. q. 6. & tales recipient in sumptione Eucharistiae gratiam, & omnes alios effectus sacramenti: licet in hoc non conueniat Caietan. 4 p. q. 7. arti. 1. sed oppositū cum S. Tho. credo verum. De pueris etiam licet consuetum fuerit olim apud aliquas ecclesias, vt daretur eis Eucharistia, dicimus cum S. Tho. quod non tenentur eā recipere: nec conueniens est quod illis detur. Hoc patet ex vsu ecclesiae, quae quidem nō permitteretur tā enormiter errare. Item quia pueri post baptismum sunt in gratia, quam nō possunt perdere sine culpa sua: sed culpam ante vsum rationis committere non possunt, ergo nō tenentur de necessitate recipere eucharistiam: aliās baptismus non sufficeret ad salutē, quod asserere est haereticum. Et ita definitum est in Concilio Tridēti. sessi. 21. de cōmunionē. cano. 4. Cuius verba sunt. Si quis dixerit paruulis aequalem ad annos discretionis peruenerint, necessarium esse Eucharistiae cōmunionē, anathema sit. Idem habetur in eadem sessio. cano. 4. Secundo dicim⁹, quod huiusmodi paruulis nullo pacto est danda Eucharistia propter pericula vomitus, & eructationis, vel alterius irreuerētiae, quae frequēs est in pueris. Ideo nūc in ecclesia illis Eucharistiam cōferre, sacrilegium esset. Si autē de facto daretur illis, reciperēt gratiam.

## De Eucharistia.

85  
An liceat  
quotidie  
euchari-  
sti. sume  
re.

Quæritur, vtrū liceat quotidie sumere Eucharistiam? S. Tho. 3. p. q. 80. arti. 10. respondet, quod Eucharistia dupliciter cōsideratur, vno modo secundum se, secundum quod confert gratiam ex opere operato sumenti ipsam. Et quantum ad hoc non solum quotidie, verum sæpe in die quolibet esset sumenda, vt gratia aueretur. Secundo modo potest considerari ex parte nostra, ex qua requiritur reuerentia, & deuotio: & secundum hoc non est cōueniēs, quod homo accedat quotiescunque potuerit, sed expectet commodum tempus quo sit deuotus. Qui igitur se inuenerit cum deuotione, & non distractum, laudabiliter quotidie cōmunicabit: vt patet ex consuetudine primitiuae ecclesie. Et quia nunc etiam laudantur qui quotidie celebrant. Patet etiam August. auctoritate de verbis domini, panis (inquit) iste quotidianus est, accipe quotidie, vt quotidie tibi proficit: sic tamen viuere, vt quotidie merearis accipere. Sed quia sunt multa impedimenta, laudabile est aliquando abstinere, vt August. dicit li. de Ecclesiasticis dogmatibus. Et habetur in capit. Quotidie, de consecra. distinct. 2. quotidie communicare, nec laudo, nec vitupero. Gers. in super magiltrum, tractatu. 9. dicit, quod illi qui propterea quod frigidi sunt (alioquin sine peccato) recedunt ab Eucharistia, sunt si-

miles illis qui frigent, & nolunt accedere ad ignem. Effectus enim Eucharistiae est ipsa deuotio, nunquid prius vis effectum eucharistiae quam ipsam eucharistiam? Presbyteris igitur laudabilius est communicare quotidie. Vnde Gregorius. 4. libr. dialogorum. c. 56. refert Cassium Narniensem episcopum quotidie celebrantem, & in celebratione stantem. Et dicit mandatum domini accepisse per reuelationem cuidam alteri factam, operare quod operaris, nō cesset manus tua, non cesset pes tuus. &c. Et Ambrosius. Graue est, quod ad mensam tuam, mundo corde, & innocentibus manibus non venimus: sed grauius est, si quia peccata metuimus, sacrificium non reddamus. De secularibus autē dicimus, in primitiua ecclesia eos frequentissime, & forsā quotidie communicasse. Postea cessante numero fidelium, tempore Augustini fiebat hoc rarius, quibusdam quotidie, alijs dominicis diebus hoc faciētibus, vt ait Augustinus in epistola ad Ianuarium. Et habetur. 12. d. cap. Illa autem. Postea Fabianus papa praecepit, vt saltem ter in anno omnes communicarent, scilicet in Pascha, Pentecoste, & in Natuitate domini. Tandem papa Innocentius tertius, vel propter multitudinem fidelium, vel propter eorum indeuotionem, traxit communionem ad hoc, vt satisfacerent su-

## De Eucharistia.

mendo semel in anno, vt patet in capi. Omnis vtriusque sexus, de pœnitentijs, & remissionibus. Laudabile tamen est vt sæpe fideles communicent.

86  
An sit  
præcep-  
tum su-  
mendi  
euchari-  
stiam.

Queritur, an sit præceptum de sumptione Eucharistiæ? S. Tho. 3. p. q. 80. ar. ii. ponit duas cōclusiones. Prima. Ex præcepto diuino tenetur omnes fideles cōmunicare. Patet Ioannis 6. Nisi māducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, nō habebitis vitā in vobis. Item cōsuetum est in ecclesia infirmos communicare, quod non est præceptum in iure positiuo: & qui hoc transgreditur, putat se graue malum fecisse, ergo præceptum est in iure diuino. Hoc tenet Durā. 4. d. 9. q. 2 & Palud. d. 9. q. 1. Et hoc præceptum diuinum obligat sicut alia præcepta affirmatiua tempore necessitatis quando scilicet qui est in tali statu, quod iam probabiliter credit se non habiturum vlterius opportunitatem recipiendi. Secūda cōclusio S. Tho. Ex statuto ecclesiæ quilibet fidelis tenetur communicare semel in anno: vt patet sō. c. omnis vtriusque sexus. Qui autem iā cōmunicauerit in vita, & semel in anno, in articulo mortis nō comunicās propter negligētiā quandam, nō peccabit mortaliter: vt benedicit Syluester verbo, Eucharistia. 3. Hoc patet, quia damnatis ad mortē nō datur Eucharistia. Ve-

rum



rum est quod hæc est pessima cōsuetudo iudicum, prætendūt enim reuerētiam Eucharistię, sed sunt fabulæ, nō putāt se esse iudices nisi occidāt, tamen nō damnātur tanquā rei peccati mortalis.

Quæritur, vtrum sit necessariū sumere Eucharistiam sub vtraque specie? Respōd. quod secūdum fidem catholicam nec est ex Dei præcepto, nec de necessitate salutis, vt ōnes Christi fideles adulti sumant Eucharistię sacramētum sub vtraque specie, & oppositum asserere est hæreticum. vt diffinitum est in concil. Tridentino, sessio. 21. cano. 1. cuius hæc sunt verba. Si quis dixerit ex Dei præcepto vel necessitate salutis oēs & singulos Christi fideles vtraque speciem sanctissimi Eucharistię sacramēti sumere debere, anathema sit. Dicimus vltèrius quod in primitiua ecclesia fuit consuetudo sumēdi Eucharistiam sub vtraq; specie. vt pater. 1. Corinth. 10. Vnus panis & vnum corp⁹ multi sum⁹, omnes qui de vno pane, & de vno calice participamus. Et hoc etiam dicit Cyprianus in sermone de lapsis. Et dicuntur Græci inodò sic populum communicare. Sed in concil. Constantiēsi, & Basiliensi interdictum est sub pœna excommunicationis, ne seculares cōmunicemus sub vtraque specie, & dānati sunt

87  
An sit cōmunicandum sub vtraque specie.

vt hæretici qui dicebant esse necessarium sub  
vtra-

## De Eucharistia.

vtraque specie communicare. Et hoc congrue ordinatum est, quia sæpe contingeret periculū effusionis sanguinis, si toti populo dandus esset. Item quia aliquibus est horridum vinum, maxime fœminis. Item vt euitaretur error Nestorianorum hæreticorum dicentium, quod sub specie panis non est nisi corpus, & sub specie vini non nisi sanguis. Ideo sub vnicâ specie communicatur populus: vt ostendatur, quod est totus Christus sub qualibet specie, sunt autem vel hæretici & tanquam hæretici puniendi asserentes ecclesiam errasse dum supradictis prohibuit sub vtraque specie communicare. Similiter & hæretici sunt & tanquãtales puniendi, asserentes ecclesiam non iustis causis & rationibus fuisse adductã dñi illud prohibuit. Hæc patent ex eodẽ concilio Tridenti. sessio. 21. de communione cano. 2. Cuius verba sunt. Si quis dixerit sanctam ecclesiam catholicam non iustis causis & rationib⁹ adductam fuisse vt laicos atque etiam clericos non conficiētes, sub panis tantummodo specie communicaret, aut in eo errasse, anathema sit. Sacerdos autem necessario debet sumere sub vtraq; specie: vt patet in capit. Comperimus, de consecratio. di. 2. & sunt verba Gelasij papæ, vbi dicitur esse grande sacrilegium cōsecrare sub altera specie tantum. Præceptum est igitur sa

sacerdotibus quod communicent sub vtraque specie. Et videtur quod sit præceptum diuinum, quia aliàs non esset sacramentū perfectū: quia non est perfecta refectio sub vnica specie, sacramentum verò Eucharistiæ est quædam refectio.

Quæritur, an minister huius sacramenti sit sacerdos? Respon. quod nō est licitum dubitare de hoc. Patet in capit. firmiter, de sūma Trinita. & fide catholica. Et in concilio Florenti. Et etiam patet ex vi ipsius nominis: sacerdos enim dicitur à sacrificando, sed Eucharistia est sacrificium: ergo ad solū sacerdotem spectat. Item quia in lege veteri nō pertinebat ad omnes offerre sacrificia, sed solū ad sacerdotes: & Abraham obtulit decimas Melchisedech, quia erat Dei sacerdos: ergo etiam in lege noua solis sacerdotibus licet offerre sanctum sacrificium altaris. Quando autem ordinati cū episcopo consecrant, si aliqui dicant formam consecrationis, antequam episcopus, vel postquam finiuit episcopus, nihil faciūt, vt dicit Paluda. & Caietanus. Nam intentio eorum est cōsecrare cū episcopo.

Quæritur an ministrare Eucharistiā laicis spectet ad solū sacerdotem? Respon. quod propria autoritate, & tanquam ex officio, spectat ad solū sacerdotem: vt habetur in capit. Peruenit,

88

An minister Eucharistiæ sit sacerdos.

89

An ministrare eucharistiā laicis, cō-

## De Eucharistia.

ueniat sa-  
cerdoti-  
bus.

uenit, de consecratione, distin. 2. vbi puniuntur sacerdotes qui per alios mittebant sacramenta, & dicitur quod solus sacerdos potest id facere. Tempore vero quo populus communicabat sub vtraque specie, diaconi ministrabant sanguinem non tamen corpus domini. Quia in calice non tangebatur corpus domini immediate, & ideo sanguinem ministrare poterant: non autem corpus domini, quia immediate tangitur. At in necessitate, scilicet ægrotante presbytero, potest diacono committi ut deferat corpus domini. Ita dicit Palud. 4. d. 13. & S. Th. 4. d. 13. q. 1. arti. 3. nec est dubitandum de hoc. Et etiam sine commissione posset diaconus in necessitate portare Eucharistiam, ut ait S. Tho. non tamen subdiaconus, aut alij inferiores. Durand. dicit se vidisse, quod diaconus cardinalis, papa celebrante, dat Eucharistiam alijs clericis. Ipse dubitat an id recte fiat. Sed certe nullum sacrilegium ibi interuenit iudicio meo.

90  
Malus sa-  
cerdos,  
potest co-  
secrare.

Quæritur, vtrum in alius sacerdos possit consecrare? Resp. sine quacunque dubitatione quod sic. Nam alius ecclesia esset in magno periculo: delicta enim quis intelligit? Et etiam populus esset in periculo idolatræ. Oppositum autem fuit error Donatistarum, contra quos multa dicit Augustinus in libro de baptismo. 5. c. 23. & contre Parmenianum lib. 2. responsione.

107. & in multis alijs locis dicit, Sacramentum Christi nulla peruersitate hominis siue dantis, siue recipientis, violari: & Sacramentū gratiæ dat Deus per malos, ipsam tamē gratiā per se ipsum. Et cōtra Petilianū, lib. 2. c. 20. Si quis verus sacerdos. i. dignus vult esse, induatur iustitia oportet Qui autē solo sacramento sacerdos est. i. ordinatus, sicut fuit Caiphaz pōtifex, quāvis non sit sacerdos verus. i. bonus seu dignus, verum est tamen quod dat. Idē dicit Chryso- stomus super Ioannem, vbi ait, quod sicut per asinam Balaam locutus est Deus, sic per malos sacerdotes sacramenta præstat. Et non est dubitandum. Vide. 1. q. 1. c. quod quidam. & 24. q. 1. cap. audiuimus.

Quæritur, vtrum missa sacerdotis mali tantum profit alijs, sicut missa boni. S. Tho. 3. p. q. 8. ar. 6. dicit quod in missa duo sunt considera- da, scilicet ipsum sacramentū, & orationes quæ in ea dicuntur, ac oblatio sacrificij. Quantum ad primū quod est principale, nō minus valet sacerdotis mali missa, quam missa boni ex opere operato. Orationes autē possunt dupliciter considerari Vno modo inquantum procedunt ab hac priuata persona: & ex hac parte maioris efficacitæ sunt orationes boni sacerdotis, quàm orationes mali: quia licet aliquando Deus audiat malos, tamen certum est quod potius au-

97

An missa  
mali sa-  
cerdotis  
profit tā-  
m sicut  
missa bo-  
ni.

## De Eucharistia.

dit bonos. Alio modo possunt considerari prædictæ orationes tanquam procedentes à celebrante in persona ecclesiæ: & quantum ad hoc tantam efficaciam habet oratio mali, sicut oratio boni sacerdotis, & e contra. Et idem dicendum est de horis canonicis, quæ si dicantur à ministro ecclesiæ, etiâ in peccato mortali, profunt, quia dicuntur in persona ecclesiæ. Quoniam is, cui mittitur aliquid, non respicit per quem mittatur, sed quis & quid mittat: hæc S. Tho. Si enim quis mitteret seruum ad dandam elemosynam, licet seruus doleret, & repugnet, nihilominus elemosyna valeret omnibus illis pro quibus offertur. Sic sacerdos cum sit minister ecclesiæ missam celebrâs, licet peccet ipse, prodest tamen alijs eius sacrificium. Ex parte autem orationum, & ipsius oblationis, quo melior fuerit minister, eo magis accepta erit oblatio: facilius enim & sæpius, & amplius impetrat bonus, quam inalus. Augeretur etiâ valor missæ ex assistentia audientium: offerunt enim sacrificium circumstantes. Vnde in canone dicitur, pro quibus tibi offerimus, vel qui tibi offerunt. Vnde regulariter maioris valoris est missa dicta vbi sunt multi, quam vbi sunt pauci.

92  
Hæretici  
Quæritur, vtrum hæretici schismatici, & de gradati possint cōsecrare? Magist. sent. 4. d. 17.



de hæreticis & schismaticis tenet aperte, quod quâuis tentet consecrare nihil faciūt. Idem dicit de degradatis. Sed in oppositum est tota cohorte theologorum nemine excepto. Tenēt enim oēs, quod postquā quis est semel ordinat<sup>9</sup>, semper potest consecrare veram eucharistiā.

ci, schismatici, & degradati possunt consecrare.

Vnde Angu. lib. de corpore Christi In mysterijs corporis & sanguinis domini, nihil à bono magis, vel à malo minus perficitur. Item. 1. Corinth. ii. Qui manducat & bibit indigne, &c.

Ecce Christus permittit se contrectari & manducari à malis, ergo eadem ratione permittet se consecrari à malis. Item hæretici redeuntes ad ecclesiam non ordinantur de nouo, ergo antea poterant consecrare. Magist. sententia deceptus est ex verbis Cyprian. qui sine dubio fuit illius sententiæ, quod hæreticus nec poterat baptizare, nec sacramenta conficere. Sed iam fuit illud in concilio reuocatum, ideo non est tenendum. Cū igitur charactèr sacerdotalis, in quo fundatur potestas cōsecrādi, sit indelebilis, nō est dubitandū quin & potestas ipsa sit indelebilis. Vtrum autem tales missæ hæreticorum & excommunicatorum, valeant & prosint, cum sint separati ab ecclesia, à qua valorem habent, dubitari posset. Verum quoniam adhuc ministri sunt ecclesiæ, & vtuntur potestate sibi ab ecclesia tradita, licet male vtantur

## De Eucharistia.

tur ea, probabilius est quod valent & profunt alijs. Nec obstat. e. quidam. i. q. i. quia nō loquitur assertiue, sed inquisitiue, vt ait S. Th. 3. p. q. 82. ar. 8. ad. 1.

93  
Missam  
heretici,  
schismi  
tici, & de  
gradati,  
an liceat  
audire.

Quæritur, an liceat audire missam & suscipere communionem à clericis hæreticis, schismaticis, & excōmunicatis, S. Tho. 3. p. q. 82. art. 6. dicit, quod à publice suspensis ab ecclesia nō licet, quia ecclesia prohibet, vt à concubinarijs publicis, & a simoniacis: ab alijs aut licitū est. Sed nota, quod hæc determinatio S. Tho. vera est secundū ius antiquum, 23 d. c. nullus, vbi dicitur. Nullus audiat missam sacerdotis, quē indubitanter nouit habere concubinam. Et in. c. sequenti hoc idem mandatur sub excommunicatione. Et Grego. 4 Dialogorum, & habetur 24. q. 2. c. Cœpit, dicit de puero Herinigildo filio regis Hispaniæ, quod cum ægrotaret, mandauit ei pater, vt sumeret Eucharistiam ab episcopo Ariano, qui noluit, propter quod à patre interfectus est, & à Gregorio martyr reputatur. Sed nūc non videtur itandum in illo iure antiquo, quia in concil. Constantiensi determinatū est, quod non tenemur vitare excōmunicatos, nisi sint nominatim excōmunicati, vel manifeste percussores clericorū. Idem habetur in concil. Basilien. si aliquam habet auctoritatē, & in cap. cum non ab homine, de sententia ex-

com

communicationis, dicitur quod occulte excommunicatus non debet publice vitari. Admonet tamen Palud. quod quando ego scio sacerdotem esse peccatorem, licet sciam occulte, bene facerem, sine scandalo aliorum me separas ab auditione missæ eius, & à receptione sacramentorum: ut illi incutiam ruborem, & moueam illum ad poenitentiam. Et sic intelliguntur cap. Nostra, & c. Nisi, de clerico excom.

Quæritur, vtrum liceat sacerdoti omnino abstinere à celebratione? S. Tho. 3. p. q. 82. ar. 10. tenet quod omnino tenetur sacerdos celebrare. Probarur ex verbis Ambr. iam adductis, graue (inquit) est quod ad mensam tuam mundo corde: & innocētibus manibus nō venimus: sed grauius, si dñi pœnas metuimus. sacrificia non reddamus. Et. 2. Corinth. 6. Hortatur vos ne in vacuū gratiam Dei recipiatis. Ideo Maio. & Durand. dicunt quod sine graui peccato sacerdos non potest abstinere à celebratione. Facit etiā ad hoc cap. dolētes, de celeb. missa. §. sunt. vbi reprehenduntur qui solum quater in anno celebrant. & 2. Machab. 4. contra quosdam sacerdotes dicitur, quod iam non circa altaris officia dediti erant. Item Luc. 22. Christus dixit, Hoc facite in meam commemorationem, ergo. Sed vtrum sit mortale omnino abstinere à celebratione? Caic. 3. p. q. 82. arti. 10. tenet quod non est

94

An liceat sacerdoti nuquā celebrare.

## De Eucharistia.

mortale. Et idem videtur sentire S. Tho. cum nō exprimat hoc esse mortale. Et ita tenendum est, quia nullum est præceptū iuris diuini, aut humani de hoc. Sed quoniā defraudat ecclesiā suo sacrificio ad quod offerendum est cōstitutus minister, nō excusatur à peccato. Et aliqui canonice dicūt quod peccat mortaliter, propter verbum Ambrosij dicentis, Ego quia quotidie pecco, quotidie debeo accipere medicinam. Quod habetur de consecrat. d. 2. capit. Si quotiescunq;, sed dictum est de consilio. Licet in vitis patrum legatur de quodā viro sancto, quod ordinatus in sacerdotem, nunquam postea celebravit. Credendum est, quod haberet aliquod impedimentum occultum, vel quod hoc faciebat ex reuelatione spiritus sancti.

95  
Celebran  
di tēpus  
opportu  
nū quod  
sit.

Quæritur, quod sit opportunū tempus ad celebrandum? Resp. S. Tho. quod illud in quo ecclesia consuevit celebrare. Omnia enim alia variantur: tamen in omnibus optimus canon est ecclesiæ consuetudo. Et de hac ecclesiæ cōsuetudine ponit S. Tho. duas conclusiones. Prima, oportet quod in ecclesia sit quotidie hoc sacrificium. Patet, quia à Christo vocatur panis quotidianus, & intelligitur de Eucharistia secundum Augustinum. Item, quia si in ciuitate aliqua non celebraretur aliquo die, reputaretur graue scandalum. Secūda missa solennis in

ecclesia conuenienter celebratur ab hora dici  
 tertia vsque ad nonam: quia tunc est Christus  
 crucifixus Quos autem obliget præceptum il  
 lud de quo in prima propositione. Canonistæ  
 dicunt, quod ecclesias collegiatis & rectores ea  
 rum: ita quod si eorū defectu non dicatur ali  
 quo die missa, peccarēt mortaliter. Ego credo,  
 quod non est peccatum mortale. Panormit. in  
 cap. enim creatura, de celebratione missarum di  
 cit, quod in ecclesijs collegiatis debent quoti  
 die celebrari duæ missæ, vna de die, alia de de  
 functis. Nō oportet tamē, quod sit de requiem:  
 esset enim male factum, si in die paschatis & so  
 lennitatum magnarum diceretur missa de re  
 quiem Et in hoc corrigendus est error mulier  
 ularū, & indiscreta laicorum deuotio: cum iu  
 bent dicere missas de sanctis qui non sunt in cę  
 lo, vel de requiem. In festiuitatibus dicatis mis  
 sam de die. Syluester ait, quod id quod Panor.  
 dicit de missa de requiem iam est consuetudi  
 ne abrogatum. Nec est rationabile, quod in die  
 celebri dicatur missa de defunctis. Nec hoc po  
 test haberi ex prædicto capit.

Quæritur, an oporteat pluries in die cele  
 brare? Respon. quod in capi Consulti, & in  
 cap. Referente, de celebra. missarum, prohibum  
 est pluries in die celebrare, & communicare.  
 Sed ponitur plures exceptiones, quas ego nō

96  
 An liceat  
 pluries  
 in die ce  
 lebrare.

## De Eu charistia.

intelligo. Prima est in Natiuitate dñi, in qua ter  
celebramus, & hæc clara est. Secunda in ponit  
Syluester, si defunctus sit p̄sens post missam  
celebratam, Tunc forsan hæc erat consuetudo:  
quæ iã videtur abrogata. Si tamẽ aliquis hæc  
faceret, non reputaretur peccare mortaliter.  
Tertia, quando est necessarium infirmis viati-  
cũ porrigere, & aliter haberi non potest. Quar-  
ta pro necessitate peregrinorũ, si peregrinan-  
tes in die festo venerũt post missam celebratã.  
Ego miror certe, & puto quod ante nõ erat ita  
arcta consuetudo semel tantũ celebrandi, sicut  
nũc est. Quinta, pro necessitate nuptiarũ, scili-  
cet qñ tempus haberent, & nõ possent nuptiæ  
deferri. Has exceptiones ponit etiam Raymũ.  
Sexta secũdum Hostiensem quãdo quis habet  
duas ecclesias, etiam si vna sit in titulo, & alia  
commendata: & hæc cõsuetudo adhuc durat.  
Septima quando eodem die occurrũt duæ mis-  
sæ, vna de die, alia de ieiunio. Hos. 7. casus po-  
nit Palud. 4. d. 12. q. 2. ar. 4. vbi notat, quod oēs  
prædictæ exceptiones intelligũtur, quando sa-  
cerdos est ieiunus, aliàs in nulla necessitate li-  
cet. Panor. in dicto cap. consuluiti, ponit. 8. ex-  
ceptiones: 7. prædictas, & octauam, si superue-  
niat aliqua magna persona vt episcopus & si-  
miles, quos nõ necet transire sine audicione mis-  
sæ. Et idem est (ait Syluester) de quolibet alio



in die festo, quoniam habet præceptum audiendi missam. Glo. in dict. cap. ponit nonam. s. si esset consuetum in aliqua ecclesia dicere duas missas, & non sit nisi vnus sacerdos idoneus ad celebrandum. Adducunt aliqui decimam, propter paupertatem ecclesiarum, & raritatem sacerdotum. Et hoc habetur in iure. 21. q. 1. c. Clericus, in fine. & de electione. ca. Dudum, & 10. q. 3. c. Vnico. & ita habet etiam consuetudo. Syluester addit vnde ciman, scilicet, quando cumque occurrit necessitas arbitrio boni viri. Probat ex dict. cap. consuluit, vbi dicitur, quod propter necessitatem licet pluries celebrare. Ex quo dicto eliciunt doctores hos casus. Notat Palud. quod non licet sacerdoti pluries in die quam bis celebrare. Pro quacunque autem necessitate nemini licet bis communicare in die eodem.

De tempore autem missæ solennis S. Tho. dicit quod est ab hora tertia vsque ad nonam. id est vsque ad horam tertiam post meridiem. Et quod hæc consuetudo fuerit in ecclesia, patet ex cap. Solent, de consecr. d. 1 & licet non inueniamus præceptum de consuetudine quam nunc habemus, quæ reuocet præcedentem, nihilominus virtualiter inuenitur in hoc, quod papa concedit aliquibus priuilegia, quod possint dicere missam post meridiem. De nocte vero non est celebrandum: quia est iure cautum, præterquam in

97  
Quo tempore missa sit celebranda.

## De Eucharistia.

nocte resurrectionis, cū in præfatione dicatur  
Qui hanc sacratissimam noctem, &c. Sed hæc  
consuetudo abrogata est In aurora aut potest  
celebrari, nec oportet expectare pūtualiter: sed  
feruetur in hoc cōsuetudo. Credo tñ, quod in  
casibus propter quos licet bis celebrare, licebit  
etiam noctu celebrare: vt propter infirmos, vi  
de Gabrie. in canone, lect. 14. & 15.

98  
Quo lo-  
co missa  
dicenda  
sit.

Quæritur, de loco in quo missa est celebrāda.  
S. Th. 3. p. q. 83. ar. 3. dicit quod non potest cele  
brari nisi in locis ab Episcopo cōsecratis. Hoc  
probat cōsuetudine ecclesie. Vide Gabrielē in  
canone. lec. 13. & 14. & omnia illa quæ veniunt  
in vltim sacramēti, oportet quod sint sacra, vt  
in c. Nullus presbyter, & c. si quis, de conse. d. 1.  
Notandū tñ est, quod quāuis offerantur priui  
legia celebrandi in domibus, maxima tñ in reue  
rentia est dicere missam vbi dormiunt vir &  
vxor: cū etiā si in ecclesia dormierint, pollua  
tur. Clericis conuenit istas deuotiones corrige  
re. Et papa non cōcedit talia priuilegia nisi cū  
reuerentia, & in loco honesto. Vnde in cōcilio  
Tridē. sess. 7. in decreto de obseruandis & cui  
tandis in celebratione missæ, præcipitur ordi  
narijs locorum inter cætera, ne patiātur priua  
tis in domibus, atq; omnino extra ecclesiā & ad  
diuinū tātum cultum dedicata oratoria, ab eis  
de ordinarijs designāda & visitāda, sanctū hoc

sacrificium, à secularibus & regularibus quibus-  
cunq; peragi. De alijs ritibus si aliquid intermit-  
tatur non ex inuitia sed ex negligētia quacunq;  
non exultimetur mortale. Vnde si quispiā cele-  
brās obhuescat manipuli, vel non aduertat se  
sine ara celebrare, non timeat peccatum mortale.

Quæritur, quomodo violetur ecclesia, &  
qualiter reconciliari debet? Respond. quod ec-  
clesia violatur in duobus casibus: vt habetur de  
consec. ecclesie, c. vltimo. & c. Significasti, de  
adulter. Primus est, si in ecclesia effundatur san-  
guis: & hoc intelligendum est graui effusione,  
nam si pugno percussero aliquem in naribus,  
& fluat sanguis, etiam in magna quantitate,  
non polluitur ecclesia. Et etiam intelligitur de  
effusione iniusta. Si enim quispiam se defendē-  
do occidat aliquem in ecclesia, non propterea  
violatur. Nec oportet quod sanguis cadat in-  
tra ecclesiam, ad hoc vt violetur: sufficit enim  
quod ibi effundatur, etiam si percussus graui-  
ter, exeat statim ab ecclesia antequam sanguis  
cadat. Secundus casus est emissio seminis, non  
solum illicita, sed etiā licita viri cum vxore. Pol-  
lutio tñ in somnis quacunq; ex causa pueniat,  
non violat ecclesiam. Additur tertius casus, scilicet  
si in ecclesia sepeliatur excommunicatus denun-  
ciatus. De modo autem quo ecclesia debet

99  
Ecclesia  
quomo-  
do viole-  
tur, & re-  
concilio-  
tur.

## De Eucharistia.

reconciliari postquã fuerit polluta, distinguẽdũ est, quia vel ecclesia est consecrata, aut dedicata: & sic à solo episcopo est reconcilianda, nisi ipse vel papa alteri cõmiserit: potest autẽ cõmitti clerico cuiquẽque. Si autem ecclesia nõ fuerit consecrata, sed solũ benedicta, potest à simplici sacerdote reconciliari. Si autẽ episcopus egrotaret, & nolit committere alteri, quod eam reconciliet, potest dare licentiam quod celebrentur ibi diuina quousq; ipse possit eã consecrare. Si autẽ vitia sint occulta, non opus est ecclesiam reconciliari, vt tenet beatus Antoninus, Guillel. & Hostiensis. Si autem sint publica, reconcilietur. Fiũt autem publica vel ex cõfessione eorum qui fecerunt, vel ex euidencia facti. Ratio Ioan. Andre. est, quia ecclesia nõ iudicat. de occultis.

100  
Missa quã  
cepit ce-  
lebrari.

Quæritur, quando cœpit missa celebrari cũ istis ritibus nunc cõsuetis? Resp. quod ritus ecclesie in celebratione missarum est antiquissimus. Nam Dionysius qui fuit tempore Pauli, ponit pauciores cæremonias & ritus in libro de ecclesiastica Hierarchia. Item in capi. Iacobus, de consecra. d. i. dicitur. Iacobus frater dñi cui primò credita est Hierosolymitana ecclesia, & Basilius episcopus Cæsariensis (cuius claritas per totum orbẽ refulsit) in scripturis addiderunt nobis missæ celebrationem. Glo. i. or-

dinē missæ celebrandæ. I sidorus libro 1 de offi-  
 cio, & Dionysius dicunt quod beatus Petrus fuit  
 primus qui hoc fecit. Hæc non inter se dissonant,  
 potuit enim esse quod alij facerent autoritate  
 Petri qui erat pontifex. August. ad Ianuarij in-  
 quisitionem tractans illa verba Pauli, cætera  
 cum venero disponam 1. Corint 11. loquens quo-  
 modo sit accedendum ad eucharistiam, dicit,  
 Paulus apud Corinthios ordinavit ritum illū  
 qui ordinatus fuit Romæ à Petro, & Iacobo.  
 Hugo de S. Victo. lib. 2. de sacramentis, p. 8. c.  
 ult. dicit quod primus omnium celebravit Pe-  
 trus Antiochiæ: quod potest intelligi de cele-  
 bratione cum dignitate pontificali. Et ita intel-  
 ligit beatus Anto. 1. p. ti. 6. c. 8. & de his sit satis.

Quæritur, de aliquibus defectibus contin-  
 gentibus in missa, quomodo sit eis occurrendum.  
 Quid si sacerdos celebrans moriatur? vel si im-  
 pediatur aliqua infirmitate? Dico, quod si hoc  
 contingit ante consecrationem, non oportet  
 quod missa perficiatur: si autem post consecra-  
 tionem, debet missa per aliū perfici. Sed quid  
 faciet celebrans si inemerit se esse in morta-  
 li, aut in excommunicatione? Resp. sanctus An-  
 toninus quod si est ante consecrationem, dimittit  
 rat missam, si non sit nota infamitæ vel scâdali:  
 at si sequatur scâdalu, non dimittat. Sed vi-  
 de de hoc supra. q. 9. Sin vero sit post cōsecra-

101  
 Missæ de  
 defectibus  
 quomo-  
 do occur-  
 rendum.

## De Eucharistia.

tionem, omnino non debet dimittere. Idem dicendum est de eo qui meminit se non esse ieiunum. Quid quando aranea, musca, vel aliud animal venenosum cecidit in calicē? Respondeo, si est ante consecrationem, tollat animal & vinum, & mittat aliud de nouo. Si post consecrationem, accipiat animal, abluat & cōburat, & ablutio & cineres mittatur in piscinam: & sumat sanguinem. Si aut sit venenum in calice, non bibat, sed seruet in calice vel in vase apto inter reliquias: & ponat aliud vinū & iterum cōsecret solum vinū, si nōdum sumpserit hostiam. Si verò sumpserit hostiā, reincipiat à cōsecratione hostiæ. Idē faciat si post sumptionē hostiæprehenderit nihil fuisse in calice, vel fuisse solam aquā, reincipiat à cōsecratione hostiæ. Quāuis si iam sumpserit aquā, dubitet Paluda, an debeat calicem consecrare. Si autē dubitat an dixerit verba consecrationis, dicat iterum secūdum Scotum. Si sanguis fundatur totus, ponat aliud vinum & consecret: & si cecidit super tabulam, lambatur, & radatur, & mittatur in piscinam. Si super mappam: & post fieri munde, sumat, vel comburatur mappa, vel sufficiēter lauetur. Regula autem generalis est quod quotiescunq; scitur vbi sunt species sacramenti non debent cōburi, sed seruari. Reliqua vide apud sanctum Thomā. Hæc sufficiant



ficiant de sacramento Eucharistiæ.

QVAERITVR, an missa sit sacrificiũ.  
 Respõd. quod vnanimis sententia omniũ san-  
 ctorum & doctorum est & fuit, missam esse sa-  
 crificium, & ita fide firma tenendum est, & op-  
 posita assertio est hæretica. Ecclesia enim ca-  
 tholica à principio sui ortus sensit tenuit con-  
 fessa est docuit & prædicauit, atq; executione  
 & vsu monstrauit missam esse sacrificium. Vt  
 enim dicitur psalm. 109. & ad Hebr. 6. Christus  
 est sacerdos in æternum secundum ordinem  
 Melchisedech, qui vt dicitur Gen. 14. in pane &  
 vino sacrificium obtulit. Ergo si in cœna con-  
 secrans panem & vinum Christus non sacrifi-  
 cauit vere & realiter, nõquam fuit sacerdos se-  
 cundum ordinem Melchisedech. Item pro sta-  
 tu nouæ legis, quæ vsque in finem seculi est du-  
 ratura, necesse est dare sacrificium aliquod visi-  
 bile ipsi proprium & peculiare, nam teste Pau-  
 lo ad Heb. 7. Lex & sacerdotium & sacrificium,  
 ita connexa sunt ad inuicem, vt nullum ab alio  
 separari possit. Item sacrificium agni pascha-  
 lis fuit figura agni Christi existentis sub specie  
 bus panis & vini. Nam ille agnus representa-  
 bat Christum sub ratione comestibilis. Itẽ pro-  
 pheta Daniel qui cap. 9. dixerat sacrificium ve-  
 teris legis fore in æternum cessaturum, postea  
 capit. 12. de sacrificio legis nouæ loquens di-  
 xit.

102  
 De missa  
 & an illa  
 sit sacrifi-  
 cium.

## De Eucharistia.

xit, iuge sacrificium (scilicet, legis nouæ, quod sub pane & vino celebratur) cessaturum per tres annos cum dimidio, &c. Præterea Malachiæ. i. reprobans dominus sacrificia legis Iudaicæ dicit. Munus non suscipiã de manu uestra: ab ortu enim solis vsque ad occasum magnum est nomen meum in gentibus. Et in omni loco sacrificatur & offertur nomine meo oblatio munda, quia magnum est nomẽ meum in gentibus. vbi vides quod loquitur de ecclesia tempore legis euangelicæ, quæ gentiũ ecclesia est. Hæc igitur veritas, quod missa sit sacrificium, diffinita est in concil. 22. Toletano, cap. 5. & in concil. Lateran. sub Innocẽ. 3. can. 1. suorum decretorũ: & in synodo generali. c. 32. suorum decretorum. Et in concilio Ephesino in epistola ad Nestorium missa: & tandem in concil. Tridentino, sessio. 22 cap. 1 2 3. & 4. & cano. 1. 3. 4. &c. verba primi canonis hæc sunt. Si quis dixerit in missa non offerri Deo verum & proprium sacrificium, aut quod offerri non sit aliud quam nobis Christum ad māducandum dari, anathema sit.

103  
Obtulit autem seipsum Christus in vltima cœna sub speciebus panis & vini Deo patri p nobis. Et ita de fide est tenendum. nam Lucę. 22. dicitur, & accepto pane gratias egit, & fregit, & dedit eis dicẽs, Hoc est corpus meum quod pro

pro vobis datur, hoc facite in meam commemorationem. Datur inquam nunc in presenti, & hæc nostra assertio definitur in prædicto concil. sess. 22. c. 1. Ex qua habes quod Christus pro nobis bis seipsum obtulit in sacrificiis. Primò in cruce sub speciebus panis & vini. Secundo in cruce sub propria specie verae carnis humanae in ara crucis. Eadem igitur res. scilicet corpus & sanguis Christi & Christus totus bis oblata est pro nobis, semel in cruce. secundo in cœna sub speciebus panis & vini. Et hæc quotidie repetitur per sacerdotes, missam celebrâtes. Quod item patet ex definitione concil. Trident. cap. 2. vbi supra. Et quia Christus in vltima cœna missam celebrans seipsum obtulit pro viuis & mortuis, ideo missa offerri potest pro peccatis viuorum & mortuorum, & pro alijs necessitatibus. Est enim verum sacrificium & vnicum ecclesie christianae. & ita firma fide tenendum est. Sic enim definitur in prædicto concil. Tridenti. vbi supra. cano. 3. cuius verba sunt. Si quis dixerit missæ sacrificium tantum esse laudis & gratiarum actionis, aut nudam commemorationem sacrificij in cruce peracti, non autem propitiatorium vel soli prodesse sumenti, neque pro viuis & defunctis, pro peccatis, penis, satisfactionibus & alijs necessitatibus offerri debere, anathema sit.

# De Pœnitentiâ.

## SEQUITVR SACRAMENTUM Pœnitentiæ.

De Sacramêto Pœnitentiæ tractat  
Magister Sentètiarum. 4. dist. 14.  
& S. Thomas. 3. par. quæst. 84.

104  
Pœniten-  
tia est sa-  
cramen-  
tum.

**Q**VAERITVR, vtrùm pœniten-  
tia sit sacramentum, & vtrum post  
baptismum sit aliquod signum visi-  
bile institutum ad remissionē pec-  
carorum actualium? Respondeo, quod sic, &  
est cōclusio de fide: vt patet Ioannis 10. Quo-  
rum remisistis peccata remittuntur eis. Et  
Matth. 18. Quodcunque solueris super terram  
erit solutū & in cœlis. Ex his locis patet, quod  
est aliqua autoritas & iurisdictio inter homi-  
nes ad remittēdum peccata. Et hæc iurisdictio  
inter homines exercetur per actum exteriorē:  
ergo pœnitentia est signum sensibile institutū  
à Deo in remissione in peccatorum, ac proinde  
est sacramentum. Idem patet autoritate eccle-  
siæ in capit. Ad abolendam, extra de hæreticis.  
Et expresse inter sacramenta numeratur con-  
fessio peccatorum. Et inter hæreticos nume-

rantur qui aliter sentiunt de sacramētis quàm ecclesia Romana sentit. Et in concil. Florentino sub Eugenio. 4. numeratur pœnitentiâ inter septem sacramenta . ergo. Idem diffinitur in concil. Tridenti. sessio. 14. de pœnitentiæ sacramento, cano. 1. cuius verba sunt. Si quis dixerit in catholica ecclesia pœnitentiâ nō esse vere & proprie sacramentum pro fidelibus quoties post baptismum in peccata labūtur, ipsi Deo reconciliādīs, à Christo domino nostro institutum, anathema sit.

Et quōd sacramentum pœnitentiæ, & sacramentum baptismi non sint vnum sacramētum, sed duo, firma fide tenendum est. Sic enim dicitur in prædicto concilio, & sessione capi. 2. & cano. item 2. Si quis sacramenta confundens, ipsam baptismum, pœnitentiæ sacramentum esse dixerit, quasi hæc duo sacramenta distincta non sint, atque ideo pœnitentiâ non recte secundam post naufragium tabulam appellari, anathema sit. Vocatur autem sacramentū pœnitentiæ, quamvis contineat contritionem, satisfactionem, & confessionem : quia sumpsit nomen ab vltimo : vt dicit S. Thom. 4. distin. 16. quæstio. 1. articul. 1. sicut sæpe v sitatum est. Nam licet homo sit animal, corpus & substantia, non denominatur nisi ab vltimo, quod est homo. Sic etiam Sacerdos quamvis sit

## De Pœnitentia.

diaconus & subdiaconus, nominatur sacerdos ab ultimo. Quia verò vltima pars pœnitentiæ, quæ est satisfactio, est pœnalis, imò omnia in hoc sacramento sunt pœnalia: ideo vocatū est sacramentum pœnitentiæ totum aggregatum ex illis partibus, tam actus pœnitētis, quam absoluentis.

105  
Materia  
sacramen-  
ti pœni-  
tentia.

Quæritur, quæ sit materia huius sacramen-  
ti? Resp. quod materia remota sunt peccata pœ-  
nitentis. Vnde cum beatissima virgo nullum  
prorsus peccatū habuerit, falsissimū est quod  
quidam fingūt, scilicet, quod confitebatur Bea-  
ti Iohanni Euangelistæ. Materia verò propin-  
qua, sunt tres actus pœnitentis, scilicet, contri-  
tio, confessio, & satisfactio. Ita enim definitū  
est in concil. Florenti. sub Eugenio. 4. Et idem  
etiam definitur in concil. Tridenti. sessi. 14. de  
pœnitentiæ sacramento. cano. 4. his verbis. Si  
quis negauerit ad integram & perfectam pec-  
catorum remissionem requiri tres actus pœni-  
tentia: quasi materiam sacramenti pœnitentiæ,  
videlicet, contritionem, confessionem, & satis-  
factionem, aut dixerit duas tantum esse pœni-  
tentia: partes, terrores, scilicet incussos consci-  
entiæ agnito peccato, & fidem cōceptam, ex Euā-  
gelio vel absolutione qua credit quis sibi per  
Christum remissa peccata, anathema sit.

106

Quæritur, quæ sit forma huius sacramenti?

S.



S. Tho. 3. p. q. 84. ar. 1. dicit, quod forma vera sa- Forma sa-  
cramenti  
pœnitenti-  
æ.  
cramenti pœnitentiæ est, Ego te absoluo. Sicut enim Marci ultimo, & Matthæi ultimo dñs loquens de baptismo, dixit, Baptizâtes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti: non dixit hæc sit forma baptisini, Ego te baptizo (& tamen hæretici Vuiclephistæ dicunt illâ esse formam baptisini) sic de pœnitentia dicitur Matthæi. 18. Quodcunq; solueris super terram, ergo hæc erit forma pœnitentiæ, ego te absoluo. Item. 2. Corint. 2 Ego quod donavi si quid donavi, propter vos in persona Christi: ergo sicut Paulus dicit se donasse, sic debet & sacerdos dicere, Ego te absoluo. Item ut ait S. Tho. opusculo. 22. Non est parui momenti, quod ecclesia canit. Iam bone pastor Petre Clemens accipe: vota precantum, & peccati vincula resolue tibi potestate tradita: ac proinde non est blasphemia, ut putant isti hæretici, quod sacerdos dicat, Ego te absoluo. Item in concil. Florenti. sub Euge. 4. expresse determinatur hæc esse formam pœnitentiæ, scilicet. Ego te absoluo, & expressius in concil. Tridêti. sessio. 14. cano. 3. cuius verba vide infra quæst. 144. & 181. Hæc igitur est forma conueniens & necessaria. Et licet permittantur alia verba, omnia sunt de cõgruitate, sicut etiâ crucis signû. Etsi dicatur in capi. Nunquid, de consecratione, d. 5. Sacramêta cru-

## De Pœnitentia.

ce perficiuntur, sed nō loquitur de omnibus sacramentis. Manuū impositio dicit Palu. quod est de congruitate. Sed S. Tho. ait quod nō debet fieri. Ponatur aut̄ à capite separata. Signat enim copiosum munus gratiæ conferri, sicut in sacramento confirmationis.

107  
Pœnitentia an sufficiens remedium contra peccata.

Quæritur, vtrum pœnitentia sit remedium sufficiens contra peccata? Respond. quod sic. Patet ex illo Ezechie. 18. Si impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis quæ operatus est, vitæ viuet & non morietur: omnium iniquitatū eius quas operatus est, non recordabor. Et idem dicitur. c. 33. & Sapiē. 11. Dissimulās peccata hominū propter pœnitentiā. Et Matth. 3. Pœnitentiā agite & appropinquabit regnum cœlorum. Idem dicitur Matt. 4. & Luc 15. Gaudium est angelis super vno peccatore pœnitentiā agente. Et. 2. Corinth. 7. Quæ enim secundum Deum tristitia est, salutem operatur. Luc. 17. Si pœnitentiam egerit dimitte illi. Et sunt in vtroq; testamento infinita testimonia. Et si objicias illud Hebr. 6. Impossibile est eos qui semel sunt illuminati, &c. rursus renouari ad pœnitentiā. Dico cum S. Tho. 3. p. q. 84. art. 10. ad. 1. & cum Chrysolto. & omnibus sanctis doctoribus, quod ibi negat Paulus, non pœnitentiā, sed renouationem per baptismum secundo acceptum: quia baptismus non est iterabi

rabilis. Peccatum verò in spiritum sanctũ, si sit finalis impœnitentiã. i. peccatum cum quo homo moritur sine hoc quod egerit pœnitentiã de eo, est irremissibile. Alia autem peccata in spiritum sanctum dicuntur irremissibilia, quia difficile remittuntur, & raro Deus tales conuertet, & sunt in magno periculo. Sed tamen si pœnitentiã egerint, remissionem sine dubio consequentur.

Quæritur, an pœnitentiã sit remedium necessarium ad salutem post lapsum in peccatũ? 108  
 Resp. quod sic. Nam in sacris literis vbicunque dñs hortatur ad veniam petendam, nõ dat aliud remedium nisi pœnitentiã, ergo. Et hoc adeo verum est, quod etiam requiritur pœnitentiã de peccatis commissis ante baptismum, adulti enim qui baptizantur necesse est, quod doleant de peccatis: iuxta illud Actuum. 2. Pœnitentiã agite, & baptizetur vnusquisque vestrum. Et Augustinus libro de pœnitentiã ait, Omnis qui iam suæ voluntatis arbiter cõstitutus est, cum ad sacramentum fidelium accedit, nisi eum veteris vitæ pœniteat, nouam non potest inchoare. quod & habetur de consecra. dist. 4. cap. Omnis qui. Ab hac autem pœnitentiã cum baptizantur soli paruuli sunt immunes. De venialibus autem non est necessaria pœnitentiã, quia per dilectionem Dei, & multa

Pœnitentiã est necessaria ad salutem post peccatũ.

## De Pœnitentia.

alia remitti possunt. Si verò peccator præueniatur aliquo periculo maris, vel latronū, vel alicuius alterius, pœnitentia eius erit, quod faciat tunc quicquid possit. Dicat Misere mei Deus, vel aliquid simile: quicquid enim possit etiam in vltimo statu facere hoc animo vt cōcilietur Deus & placatus reddatur, pœnitentia est. Talis namq; non est extra salutis statum.

109  
Pœniten  
tia remittit pœnā peccatorum.

Quæritur, vtrum per pœnitentiam remittatur pœna debita peccatis? Resp. quod per pœnitentiam semper remittitur aliqua pars reat<sup>9</sup> & fit minor: non tamen oportet quod tollatur tota obligatio ad pœnam. Nam omnes fatētur quod postquam pœnituit aliquis, imponenda est aliqua pœnitentia. Nec hoc infert præiudicium aliquod diuinæ misericordiæ, quod post dimissam culpā, quærat pœnam ab amico: qui enim peccat, lædit iustitiam simul & amicitiam. Iure autē amicitiae teneor ego dū aduersarius petit veniam, & est parat<sup>9</sup> facere quicquid voluerit, recipere eum ad pristinam amicitiam. Nec debeo dicere, non parcam, aut non erit amicus donec reddat domum quam combussit. Sed nihilominus salua amicitia possum repetere domum meā. Et rex potest amico suo remittere homicidium, tamen omnino salua amicitia cogit eum satisfacere alteri pro iniuria. Sic Deus omnino postquam aliquis petit veniam,

redit in amicitiam, & nihilominus exigit iustitiã. Nota vnum locum ex quo expresse cõstat, quod Deus punit hominem postquam factus est ei amicus. 2. Reg. 12. Postquam dimisit Deus peccatum Dauid, dicitur, Veruntamen filius qui natus est tibi morietur, &c.

Quæritur, quomodo remittantur peccata venialia? Resp 1. quod quicquid sufficit ad remittendum mortale, sufficit etiam ad remittendum veniale. Est clarum, quia quicquid est in veniali, est in mortali, & aliquid amplius, ergo. Secundo dico, quod ad remissionem venialis sufficit dilectio Dei. Nam cum Dei dilectio sit ei velle placere: & qui vult ei placere, vult virtualiter non displicere: iam ibi interuenit displicentia interpretatiua quæ sufficit ad remissionem venialium: vt ait S. Tho. 3. p. q. 87. ar. 1. Nam apud homines sufficit ad remissionem leuis offensæ dicere ei quem offendit, ego posthac volo tibi in omnibus placere: ergo multo magis apud Deum qui pronior est ad miserandum. Item probat hoc Scotus, plus placet Deo dilectio ista, quam displiceat peccatum veniale: sed homines etiam mali si offendantur leui offensa, & præstentur eis magna beneficia, nõ exigunt satisfactionem leuis iniuriæ, etiam si non petatur venia: ergo dilectio Dei sufficit ad remissionem peccatorum venialium. Per dile

110  
Venialia  
peccata  
quomodo  
remittantur.

## De Pœnitentiâ.

tionē verò Dei, aut per displicentiam genera-  
lem, dimittuntur omnia illa peccata venialia ad  
quæ homo non est actualiter affectus, vel vir-  
tualiter. Si verò quis est affectus vni peccato  
veniali, & dolet de alio, remittitur peccatū de  
quo dolet, manēte alio. Et quoniā illa potesta-  
te ecclesiæ tradita in illis verbis. Quorū remi-  
seritis peccata: non solum tradita est facultas  
remittendi peccata per pœnitentiam quæ est  
sacramentum: sed etiā multis alijs modis, cum  
ad remissionem venialium nō sint necessaria  
sacramēta, relicta est potestas ecclesiæ ad in-  
stituenda media ad eorum remissionē. Et ista  
sunt oratio dominica, benedictio episcopi, tun-  
sio pectoris, aqua benedicta, & similia, quæ si-  
ne quocunque alio motu bono sufficiunt remit-  
tere venialia, per hoc quod fiunt, quia sunt ab  
ecclesia instituta in remedium venialium. De  
aqua benedicta Alexander quintus à Petro di-  
cit, & habetur de consecr. distin. 3. cap. Aquam  
sale conspersam populis benedicimus, vt ea  
cuncti aspersi sanctificentur, & purificentur.  
Quod etiam omnibus sacerdotibus faciendum  
esse mandauimus. Nam si sanguis vitulæ as-  
persus sanctificabat, inultò magis aqua sale as-  
persa, & diuinis precibus consecrata populum  
sanctificat. De oratione dominica habetur de  
pœnitentiâ. d. 3. c. de quotidianis. Et ex Chri-  
sti-  
di-



dicentes, de quotidianis leuibusque peccatis quotidiana oratio fidelium sufficit, scilicet, Pater noster. De benedictione episcopali, & abbatu habetur. i. q. i. c. Benedictio. c. Multi De iunctione pectoris habetur de pœnitentia, d. i. capi. Tres sunt actiones. & disti. 2. c. Sicut inquit. & de sacra vñctione, c. Cùm venissem. §. 1.

Quæritur, vtrum peccata per pœnitentiam remissa redeant per sequens peccatū? S. Th. 3. p. q. 83. ar. 1. dicit, quod in peccato duo possunt considerari, vnum est ipsa culpa, alterum reatus ad penam, & tunc ponit tres conclusiones. Prima, Peccatum non potest redire quantum ad culpam. Patet, nam si Soerates occidit hominem, & egit de illo homicidio poenitentiam: & iterum post poenitentiam furatus est, hoc vltimum peccatum furti non habet in aculam homicidij. Secunda conclusio. Peccatum nō redit quantum ad reatum poenæ seu sus, quia noua poena seu sus debetur peccato huic nouo, & nō illa prior. Tertia cōclusio, Peccata præterita redeunt persequens peccatū quantum ad poenam damni aliquo modo: quia eadem poena damni erit pro quolibet peccato, & eodem modo priuatur visione diuina. Et hoc modo intelligitur illud Iacobi, Qui in vno peccauerit, factus est omnium reus. Verū est, quod peccata præcedentia dicuntur

III  
Peccata  
per pœ-  
nitentiā  
remissa,  
an rede-  
ant per-  
sequens  
peccatū,

ali-

## De Pœnitentiâ.

aliquo modo redire per quandam ingrati-  
tatem, ad istum sensum, quod grauius est pecca-  
tum quod nunc post remissa peccata sit, quam  
si prius non essent remissa peccata. Post remis-  
sionem enim iterum Deum offendere, magna  
ingratitude est. Hæc autem grauitas quæ ra-  
tione ingrati-  
tudin-  
is confurgit, cûm non mu-  
ret speciem peccati secundum omnes, non est  
de necessitate confitenda. Non enim est opus,  
vt dicat, postquam sunt inihî dimissa peccata  
adulteratus sum. Patet igitur, quod peccata se-  
mel remissa non redeunt per peccatum sequens.  
Sine pœnitentiâ enim sunt dona Dei. Rom. 11.

112  
Per pœ-  
nitentiâ  
restitu-  
tur gratia  
& virtu-  
tes infu-  
sæ.

Quæritur, vtum per pœnitentiâ restitu-  
tur hominî gratia, & virtutes infusæ? Resp. se-  
cundû omnes, quod non est dubitandû de hoc.  
Nam cum in pœnitentiâ detur gratia, necessario  
dantur omnes virtutes infusæ, quæ gratiâ con-  
comittantur: sicut in baptisino, quia datur gra-  
tia, dantur etiâ virtutes morales. Sed tota diffi-  
cultas est, vtum resurgat pœnitens ad tantam  
gratiam quantam habebat antequam caderet,  
vel ad maiorem, aut minorem? Ad quod omni-  
bus alijs opinionibus dimissis, dico cû S. Tho.  
3. p. q. 89. ar. 2. 3. & 5. quod pœnitens nō semper  
resurgit ad maiorem gratiam quam illa à qua  
cecidit, nec ad æqualem, sed secundum propor-  
tionem contritionis quam habet. Hæc opinio  
fuit

fuit antiquorum omnium, Alberti magni, Alexandri de Ales. 4. p. q. 77. inembro. 5. & Bonauenturæ. 4. d. 14. & Ricardi, & omnium illorum qui scripserunt in theologia grauer, & modeste. Hoc probatur à posteriori præter autoritatem Hieronymi quam allegat S. Tho. quia experientia ostendit, quod pœnitens non semper resurgit ad maiorem gratiam: videmus enim feruentissimos viros post peccatum & pœnitentiam, tepide & non ita feruenter sicut antea operari: ergo non habent tunc maiorem gratiam & amorem Dei, amor enim Dei non est ociosus. Videmus verò magnum peccatorem aliquando feruentissime pœnitere, & exerceri in bonis operibus: igitur non omnes resurgunt semper ad maiorem, vel æqualem gratiam. Item ad gratiam, requiritur dispositio, & quanto maior est dispositio, tanto maior gratia introducitur: sed contritio est dispositio, non solum ad nouam gratiam, sed etiam ad gratiam præteritam: ergo quanto maior fuerit contritio, tanto maior erit gratia, etiam præterita. Dico igitur primo quod cuiusque resurgenti, extra gratiam quæ datur ei secundum mensuram contritionis quam habet, & quæ daretur etiam sine meritis prioribus, datur ei aliquid ratione præcedentium meritorum. v. g. Sit Petrus qui habebat ceterum meritorum gradus, contrititur nunc post peccatum

## De Pœnitentia.

contritione vt decem: dico quòd vltra gratiã  
vt decem quæ datur ei ratione contritionis, da-  
tur aliqua gratia ratione præcedentium meri-  
torum. Secundo dico, quod quanto prædicta  
contritio maior fuerit, tanto maior gratia da-  
bitur ei ratione præcedentium meritorũ. v. g.  
Petrus antea habebat gratiam, vt decem, & Pla-  
to vt decem, resurgunt ambo: Petrus cõtritio-  
ne vt decẽ, Plato contritione vt 20 dico, quod  
Platoni dabitur maior gratia ratione præcedẽ-  
tium meritorum. Tertio & vltimo dico, quod  
perfecte penitenti, id est, ex toto conatu, semp.  
restituatur tota gratia præcedens. Nam perie-  
ctæ poenitentia correspondet perfecta resti-  
tutio, non est autem perfecta restitutio nisi re-  
stituatur totum, ergo: & consequenter secun-  
dum proportionem penitentiæ restituatur præ-  
cedens gratia. Quia iustum est, quod si toto  
conatui correspondet tota gratia, quod medic-  
tati conatus respondeat medietas gratiæ: & ter-  
tiæ parti conatus: 3. pars gratiæ, & sic cõsequẽ-  
ter. Vnde optimum est sæpe dolere de pecca-  
tis, vt restituatur tota gratia ratione præcedẽ-  
tium meritorum.

713

Per om-  
nia bonã  
opera re-  
stituatur  
aliquid

Vtrum autem ratione aliorum bonorũ ope-  
rum restituatur aliquid de gratia præcedenti  
Probabiliter dicimus, quod sic. Videtur enim  
omnino, quod bonus princeps si ppter delicta  
abitu

abstulerit ab aliquo bona, postmodum in poenitentia restituat ei princeps aliquam bonorum partem, tot obsequia posset deinde regi exhibere, quod reddat ei omnia: & esset hoc laudabile in principe. Ita prorsus videtur dignum sentire de Deo, & quod diligenti Deum vel dati elemosynam, vel alia bona opera facienti post poenitentiam, restituat aliquid de gratia perditam. Certum igitur est merita precedentia non perdi omnino, sed recuperari a poenitente.

de gratia  
perdita.

## De Contritione.

**D**E partibus poenitentiae tractatum aggredienti. Quæritur in primis quid sit contritio, quoniam ea est poenitentiae pars prima. Resp. quod est perfectus actus poenitentiae. Poenitentia enim virtus est, per quam placamus nobis Deum iratum, & consequimur remissionem peccatorum. Ad hæc enim duo debet dirigi tota poenitentis intentio. Est autem iste actus poenitentis dolor: unde poenitentiae dolor est contritio, qui maxime propitiatur Deum. Hierony. & habetur de poenitentia. d. i. c. Mensura, apud Deum non tantum valet mensura temporis quam doloris. Et Chrysostomus homilia. 21. super Matthæum, non dolere quia peccaveris, magis indignari facit

114  
Contritio  
quid sit.

## De Contritione.

cit Deum, quàm id ipsum quod antea peccaueras. Sunt de hoc infinita testimonia sanctorum & sacrae scripturae attestantia, quod dolor peccatis est pars penitentiae valens ad remissionem peccatorum: vt patet ex conuersione Magdalenae, & fletu Petri post negationem, &c. Habemus igitur, quod contritio est dolor. Et ita diffinitur in concil. Florentino, sub Eugc. 4. Et in concil. Tridenti. sess. 14. cano. 4. Sed notandum duplicem esse dolorem, quia quidam est sensitivus, alius est intellectivus. Contritio autem est dolor intellectivus & non sensitivus: vt docet S. Tho. 3. p. q. 85. ar. 1. & omnes doctores. Quia contritio est in potestate nostra, sed dolor sensitivus non est in potestate nostra, ergo. Et adhuc proprie loquendo contritio non est ipse dolor, sed odium & displicentia peccati, ex quo nascitur dolor. Est igitur cōtritio odiū, nolitio, & detestatio peccatorū praeceptorū.

115  
An sit necessarium  
propositum non  
peccandi.

Quaeritur, an sufficiat dolere solum de peccatis praeteritis, vel an requiratur etiam propositum non peccandi? Haec est grauis quaestio, & de qua sunt variae sententiae. Maioris in. 4. dist. 14. q. 1. & Almain. & Bonauent. 4. dist. 14 in expositione textus dicunt, quod si penitens nihil cogitat de futuro, non oportet quod habeat propositum cauendi à peccatis, sed sufficit quod actualiter non habeat contrarium actum. S. Th.



1.2. quæst. 11. ar. 5. & in 4. dist. 14 in expositione textus, & dist. 17. q. 2 ar. 2. quæ stitucula. 4. & 3. p. q. 85. ar. 3. & q. 90. ar. 4. & 3. contra gentes. c. 158. & 4. contra gentes. c. 72. & Adrianus quæ dli. 5. ar. 3. dicunt, quod requiritur aetuale propositum cauendi à peccatis futuris. Idem tenet Albertus Magnus. 4. d. 14 ar. 10. & Alexander de Ales. 4. p. in èbro. 9. Quæ harum sententiarum sit vera, firmiter tenendum atq; intrepide dicendum est, quod sola sententia D. Tho. quam stabilem & firmam faciunt primùm verba concil. Florentin. quæ dicunt, ad contritionem spectat dolere de peccatis commissis, cū proposito non peccandi deinceps. Præterea concilium Tridenti. sessio. 14. c. 4. cuius verba sunt. Contritio quæ primùm locum inter dictos pœnitentiæ actus habet, animi dolor ac detestatio est de peccato commissio, cum proposito non peccandi de cætero. Item Ioan. 5. & 8. Existenti ad piscinam dixit Dñs, & adulteræ, amplius noli peccare: non dixit non pecces: sed, noli. Itē primū quod ab eo qui fecit iniuriam postulamus, est huiusmodi propositū (Señor nunca mas). Itē non habet veram pœnitentiam qui nō diligit Deum super omnia: sed qui sic diligit Deum, vult ei in omnibus placere, & in nullo displicere: ergo talis habet propositum cauendi futura.

Quia

## De Contritione.

116  
Contritio  
est de pec-  
catis ac-  
tualibus  
sed nõ o-  
porteret  
de quali-  
bet pec-  
cato sit  
distincta  
contritio.

Queritur, de quo debeat esse cõtritio? Res-  
pondeo, quod non de peccato originali, sed de  
peccatis actualibus. Pater in ex verbis vtrius-  
que concilij florentini, & Tridentini in præ-  
cedenti quæstione citatis. Item, quia pœnitentia  
sacramentum non habet locum neque vir-  
tutem nisi post sacramentum baptismi suscep-  
tum. Vnde in concil. Triden. sessio. 14. cano. 1.  
sic dicitur. Si quis dixerit in ecclesia catholica  
pœnitentiam non esse vere & proprie sacramẽ-  
tum pro fidelibus quoties post baptismum in  
peccata labuntur, & c. anathema sit. Ex qua sen-  
tentia nunc definita liquido constat sacramen-  
tum pœnitentiæ nullum locum habere in pue-  
ris, nec in illis qui ad vsum rationis, nec in mi-  
nimo peruenerunt. Nam si peccare non potue-  
runt: nec pœnitere, nec confiteri tenentur. Et  
est differentia, quia ad peccata mortalia requi-  
ritur cõtritio, non tamẽ ad venialia. Vtrum au-  
tem debeat esse cõtritio distincta de omnibus  
peccatis in particulari, vel an sufficiat vnica  
cõtritio de omnib<sup>9</sup> in generali, dubitari solet.  
Quidam enim tenuerunt necessarias esse tot cõ-  
tritiones quot peccata mortalia, quia S. Tho.  
dicit, quod contritio debet esse distincta de sin-  
gulis peccatis mortalibus. Sed ego credo sicut  
cicit Caieta quod hæc opinio sit falsissima.  
Non oportet reddere pœnitentiam ita diffici-  
lem

le n, & inaccessible. Quod ego sentio est: quod ad remissionem peccatorum sufficit dolor generalis de omnibus peccatis: & nō requiritur dolor in particulari. Pater, quia aliās non posset homo consequi remissionē peccatorum nisi aliquo certo & determinato tēpore, quod est falsissimum: nam in quocunque momento potest homo sufficienter conteri, iuxta illud Ezechielis. 33. In quacunque die ingemuerit peccator, &c. Et sumitur ibidem pro momento Sequela autem probatur, quia ad cogitandum peccata requiritur certum tempus, ergo ad dolendum in speciali etiam requiritur tēpus certum. Et hoc primum conceditur, & necessario concedendum est ab omnibus. Secundo dico, quod nec ante cōtritionem generalē, nec post, requiritur cogitatio & detestatio singulorum peccatorum in particulari ante confessionem: in ipsa enim confessione tenetur homo conteri in speciali. Cum enim confessio debeat esse distincta tunc cum ea confitetur, detestatur illa: nam aliās esset fictio. Nec oportet dicere, doleo de illis quatuor & de his. 6. sed doleat de omnibus, & confiteatur distincte peccata sua, & hoc sufficit. Quia actus interior pœnitentiæ à quo exterior proficiscitur: singula mortalia quæ sub cōfessione cadūt respicit.

Quæritur, vtrum quicūq; dolor peccatorū 117  
An quilibet

## De Contritione.

bet par-  
uus do-  
lor suffi-  
ciat ad re-  
mitten-  
da pecca-  
ta.

quantumuis paruus sufficiat ad remittendum peccata? Scotus. 4. d. 14. q. 4. ar. 2. dicit quod licet quis habeat dolorem de peccatis propter Deum, cum omnibus alijs bonis circūstantijs: nisi talis dolor habuerit certam intensiōē & continuationem, non sufficit. Quanta autē debeat esse ista intensio doloris, dicit quod solus Deus nouit. Sed hoc est mere volūtariē dictū. In re autem necessaria ad salutē non debemus loqui sine autoritate sacræ scripturæ, aut sanctorum. Item arguitur contra hoc. Deus prior est ad miserendum quam ad puniendum: sed quæcunque intensio voluntatis in peccatum, etiam in vno instanti sufficit ad damnandum hominē: ergo quæcunq; intensio contra peccatum in quocunq; instanti sufficiet ad cōsequendam misericordiam & remissionē. Tenendum igitur est (omissa multitudine argumentorum) quod in contritione non requiritur certa intensio, aut cōtinuatio temporis. Sed tunc dubitatur quomodo intelligitur, quod cōtritio debet esse maximus dolor, vt dicunt doctores requiri: quia est de maximo malo, scilicet de offensa Dei. Ad hoc dicendum, quod sicut dilectio Dei debet esse maxima non intensiue, sed affectiue & appretiatue: ita requiritur quo i odio habeamus peccatū supra omne odibile. & reuera in allem esse mortuus incurris

seq:

seq; quæcunq; alia dāna quam peccatum, licet talis actus sit remissus gradualiter. Non oportet tamen, quod pœnitens faciat illam comparationem, in allē pari hanc mortē, vel illud malum, quam incurrisse hoc peccatum (quamuis hic actus esset valde perfectus, & multum valeret ad pœnē remissionē) sed sicut satis est ad dilectionem Dei super omnia, velle ei in omnibus placere, & in nullo displicere: ita ad cōtritionem sufficit dicere, ego nullo modo vellem offendisse Deum. Et licet experiamur in morte charorum nos plus dolere quàm in peccatis non turbemur: quia hoc prouenit ex eo quod præsentia magis mouet quam absentia: & magis connaturalia sunt magis sensibilia, ideo appetitum sensitium magis mouēt. Hic autem dolor sensitius debet esse moderatus. Vnde Apoltol. 2. Corinth. 2. admonet eos vt consolentur pœnitentē quendam, ne abundantiori tristitia absorbeat. Dolor autē intellectiui non potest esse nimius.

Vtrum, de grauiori peccato sit habēda maior contritio quam de minori. Respondeo primo, quod non est necessariū dolere amplius de vno peccato quàm de alio. Patet, quia vt supra diximus, sufficit ad contritionem dolor in vniuersali de omnibus peccatis, & talis dolor non est tunc intensior respectu vnius peccati,

118  
An de ma  
iori pec  
cato lic  
magis do  
lendum.

## De Contritione.

quam respectu alterius. Secundo dico, quod id esset convenientissimum. ut scilicet, maiorem dolorem habeat homo de maiori peccato. Quod autem hoc non sit necessarium patet, quia aliàs teneretur pœnitens scire gravitates peccatorum, quod scilicet sit gravius peccatū, fornicatio, an detractio, quod nullo modo est dicendum.

119  
An cōtri-  
tio sit do-  
lor prop-  
ter Deū.

Quæritur, utrum dolor contritionis habere debeat hanc circūstantiam finis, ut sit propter Deū? Utrum ad hoc, quod cōtritio sit sufficiens ad remissionē peccatorum, requiratur dilectio Dei super omnia? Respō. quod de hoc sunt opinionēs. Gabriel. 4. d. 14. q. 1. & 2 Palud. d. 17. q. 2. cōclusionē. 1. & Caic q. 1. de contritione, & Capre. 2. d. 41. q. 1. ad. 1 Grego. tenet quod requiritur dilectio Dei super omnia. Et idem videtur dicere S. Tho. 3. p. q. 85. arti. 5. vbi dicit, quod quintus actus qui concurret ad contritionem est actus charitatis. & 1. 2. q. 113. arti. 41. dicit quod ad pœnitentiam non sufficit motus fidei nisi sit informatus charitate. & 1. p. q. 84. art. 6. dicit quod actus pœnitentiæ nascitur ex actu charitatis. Et probatur, quia in pœnitentia fit integratio amicitiae (sic enim ex inimico amicus) sed hoc est impossibile nisi inimicus incipiat diligere, ergo. In contrarium est, quia dilectionis actus est perfectior, quam actus



pœnitentiæ: ergo remissio peccatorum nō deberet tribui actui pœnitentiæ, sed actui dilectionis: cuius oppositum dicunt omnes. Pro solutione huius dubij notandum, quod actus pœnitentiæ est actus distinctus ab actu dilectionis Dei: quia pœnitentia & charitas distinguuntur, ergo etiam actus earum. Hoc supposito, videtur quod non possit esse pœnitentia sine dilectione Dei, quia odiū nascitur ex amore, ergo odium peccatorum nascitur ex dilectione Dei: si enim non diligereim Deum, quare odio haberem peccata? nunquid propter amorem creaturæ? nō certe, sed propter Dei amorem: cū igitur odium peccatorum sit super omne odibile in vere pœnitenti, ergo procedit ex amore Dei super omnia. Et ita est regulariter, quod peccator ex amore mouetur ad pœnitendum. Potest tamen esse quod in voluntate nō sit alius actus quam iste, doleo quia offendi Deum: qui nec est elicitus nec imperatus à charitate, & iste talis actus sine alia dilectione sufficit ad remissionē peccatorū, qui licet regulariter procedat à charitate, tamen remissio peccatorū magis tribuitur pœnitentiæ quā charitati, quia in sacra scriptura illi actui p̄mittitur remissio. Et S. Tho. dicens quod pœnitentia procedit ex amore, intelligendus est cōmuniter & regulariter: vt patet apud ipsū 4 d.

## De Contritione.

14. q. 1 ar. 2. quæstiō. 1. Verū est quod ipse actus pœnitentiæ, nolle Deo displicere, est vera dilectio. Dolor igitur peccatorum debet esse propter Deum, non propter timorem pœnarum, aut propter quoduis aliud, sed quia sunt offensa Dei patris pijsissimi.

120  
An qui  
dolet p  
propter Deū  
semper  
recipiat  
gratiam.

Queritur, vtrum qui dolet vt nūc diximus semper recipiat gratiam? Caieta. q. 1. de contritione, tenet mirabilem opinionē, scilicet, quod stat quēpiam dolere de peccatis pfecte, & pfecte proponere cauere ab illis in futurum, & pfecte diligere Deum super omnia, & nō habere gratiam. Ratio eius est, quia alias sequeretur quod posset quis habere euidentiā quod sit in gratia. Oppositum tenent omnes doctores, & dicunt quod quā primū fecerit aliquis totum quod in se est, statim habebit gratiā. Vide S. Tho. 1. 2. q. 112. ar. 2. ad. 1. & q. 113. ar. 3. & 8. & 3. p. q. 85. ar. 5. & 6 Et in pluribus alijs locis. Et oppositum esset contra scripturā sacram dicentē, Conuertimini ad me & ego conuertar ad vos: iam hic pœnitens conuertitur ad Deū: & Deus non cōuertitur ad pœnitētem. Iacob. 4. appropinquate Deo, & appropinquabitur vobis. & Ioā. 4. Qui diligit me diligitur à patre meo. Et psalm. 50. Cor cōtritum & humiliatū Deus non despiciet. Falsissimum ergo est quod Caieta dicit. Et dico, quod non ita de lege quod

taliter pœnitens careat gratia cum faciat totū quod in se est. Nec hoc dato sequitur se scire euidenter quod habeat gratiam. Non enim ego possum habere euidentiā, quod doleo de peccato super omnia, vel quod proponā perfecte cauere in futurum. Habemus igitur pro certo, quod qui sic dolet habebit gratiam.

Quæritur, vtrum attritio possit fieri contritio? Ad hoc suppono ex omnibus doctoribus, & S. Tho. quod nihil aliud est contritio quam dolor perfectus: attritio verò dolor imperfectus.

Tunc dicit S. Tho. 4. d. 17. q. 2. ar. 1. quæstiuncula. 3. quod attritio nō potest fieri contritio. Probat, quia principium cōtritionis est gratia, virtus infusa: attritionis verò principium est habitus acquisitus, vel sola potentia: idem autem actus non potest elici à virtute infusa, & acquisita, vel à potentia, ergo. Sciendum est tamen quod duplex est cōtritio, quædam intrinsece, quæ habet hoc pro obiecto: doleo de peccatis super omnia. Alia extrinsece, i. ex circumstantiā, & sic omnis dolor qui est cū gratia vocatur cōtritio. Eodem modo duplex est attritio. Quædam intrinsece ex obiecto, vt puta, doleo de peccatis quia turpia sunt & infamia, vel propter infernum. Alia extrinsece, puta doleo de peccatis propter Deum: & cum omnibus circumstantiis, sed omitto præceptum aliquod necessarium.

## De Contritione.

Tunc sit conclusio. Nunquam ex attritione fit contritio intrinseca, quia differunt ex obiecto: vna enim dolet propter Deū, alia propter pœnas. Vnde conclusio S. Thom. intelligitur de attritione proprie dicta, & de contritione proprie dicta.

112<sup>a</sup>  
An tota  
vita sit  
tempus  
contriti  
onis.

Quæritur, vtrum tota ista vita sit tēpus cōtritionis? Respōd. primo quod est expediēs & conueniens sepe dolere de peccatis. Et sancti ita cōsulūt. Ad amicitia enim pertinet sepe dolere de offensa facta amico: maxime quia dolere debemus quousque reparemus detrimentū factum per peccatū, sed multa sunt quæ nullo modo possunt reparari, puta tēpus quod perdidimus peccādo, ergo per totā vitā dolere debemus de illo. Hoc aut̄ intelligendū est de dolore qui est in voluntate, nā de sensitivo dolore graue esset videre amicū semper esse tristē. Loquendo aut̄ de doloris tempore qui est sub præcepto dico, quod de peccato semel dimisso nō tenemur amplius dolere, quia Deus nō iudicat bis in id ipsum: vt dicitur Nahum. 1. Sed ex peccato non dimisso est dubium quando reneatur homo conteri? Ad hoc Careta. quod l. 2. q. 3. dicit quod præceptum contritionis partim est affirmatiuum, quia obligat ad actum, scilicet ad dolorem: partim negatiuum, quia obligat ad non manēdum in peccato. Loquendo

de

de hoc præcepto in quântum est affirmatiuum obligat semper, sed non ad semper, sicut & reliqua præcepta affirmatiua: scilicet in casu necessitatis, puta cùm quis administrat vel recipit sacramentum, vel in articulo mortis. Loquendo verò de prædicto præcepto in quântum est negatiuum obligans ad non manendũ in inimicitia Dei, obligat sicut cætera præcepta negatiua semper & ad semper: & ad statim. Et sicut qui tenet alienum tenetur statim reddere, sic qui est in statu inimicitiae Dei, tenetur statim ab illo exire. Peccat autem contra hoc præceptum qui habet actum cõmissionis contrarium, puta si dicat volo manere in hoc statu per diem aut per horam. Sicut qui retinet alienũ nõ semper peccat de nouo, sed cùm habet hũc actum positiuum, nolo reddere alienum, est tamẽ semper in malo statu. Magister meus Victoria tenet quod nullum est præceptum de pœnitentia aut contritione, quod obliget sub nouo peccato. Quãuis peccatum mortale sine pœnitentia nõ possit deleri, ac proinde sit necessarium dolere seu pœnitere, sed qui non pœnituerit, damnabitur quidem propter peccata quæ commisit, sed non quia non pœnituit. Sed quia mihi magis placet opinio contraria ideo hanc non prosequor.

Quæritur, vtrũ post hanc vitã sit locus pœ

## De Contritione.

An post  
vitam sit  
locus pœ  
nitentiæ

nitentiæ? Respōd. quod non, sed prout in corpore gessit siue bonum, siue malum recipiet. 2. Corinth. 5. Et vbi ceciderit lignū, ibi manebit, Ecclesiast. 11. Veniet nox quando nemo poterit operari. Ioan. 9. Sed cōtra de Traiano, & alijs, quos apostoli suscitauerunt, quorū aliqui forsitan erant in infernum detrusi. Respond. nō dubito quin Deus possit homines damnatos liberare ab inferno; sed hoc est præter legē. Id autē quod dicitur de Traiano timeo quod sit fabula, tamē quicquid sit, Deus potest omnes dānatos eripere ab inferno, etiā si non pœniteāt. Et sic nō opus est dicere, quod suscitauit illū ad pœnitendum, nō enim erat opus.

124  
An venia  
lia remittuntur  
post hanc  
vitam.

Quæritur, vtrum saltem peccata venialia post hanc vitā remittantur? Respō. quod cum multi moriātur in peccatis venialib⁹, vel quia non cogitauerūt de illis, vel quia cōplacēt sibi in aliquo, necessarium est dicere quod in alia vita remittātur. Et ita S. Tho. 4. d. 21. q. 1. arti. 3. Et in additionib⁹. q. 4. ar. 2. dicit, quod peccata venialia remittuntur in purgatorio: & eodem modo sicut in via remittuntur. In inferno autē ideo nō remittuntur, quia ibi existētes sunt inimici Dei, & Deus eorū opera nō acceptat. At existētes in purgatorio sunt amici Dei, & ideo acceptātur eorū opera: & etiā per displicētiā peccatorum remittuntur eis peccata venia



nialia. Ita Greg. 4. dialogo. c. 39. & habetur. 25. dist. c. Qualiter, & August. 21. de Civitate. c. 24. Matth. 12. Non remittetur ei neq; in hoc seculo neq; in futuro. 2. Macha. 12. Sancta ergo & salubris cogitatio pro defunctis exorare, v't peccatis solvatur. Opera igitur bona existentium in purgatorio sunt quidē meritoria remissionis peccatorum, non tamen gloriæ.

Quæritur, v'trum semper remittatur per cōtritionem in tota pœna peccatis debita? Respondetur iuxta fidem catholicā negativè: ita enim diffinitum est in concil. Trident. sess. 14. can. 12. his verbis. Si quis dixerit totam pœnam simul cū culpa remitti semper à Deo, anathema sit. Et item cano. 15. in fine. Præterea patet, nam iā satisfactio nō esset pars huius sacramēti, quod est contra prius diffinita. Item, quia alias non esset opus purgatorio. Quod autē post remissionem culpæ maneat reatus pœnæ, probatur v'nica autoritate. 2. Reg. 12. Vbi postquam peccatum David remissum est, dicitur in pœnam eius vnicus filius qui natus est tibi morietur. Et alius loc<sup>o</sup> Iosue. 22. An parū vobis est, quod peccastis in Beelphegor? vsque in præsentem diem macula huius sceleris in vobis permanet. Vide S. Tho. 1. 2. q. 86. ar. 2. Potest nihilominus tanta esse contritio, quod sufficiat ad remittendum totā pœnā, sicuti credimus de Magdalena. Et hæc de contritione sufficiant.

129  
An con-  
tritio re-  
mittat to-  
tam pœ-  
nam.

SEQUITVR DE CON-  
fessione, secunda Pœni-  
tentix parte.

De hac materia Confessionis tra-  
ctant doct. in. 4. distinct. 17. & S.  
Thom. ibidem, & in additioni-  
bus. q. 6. Et ante omnia.

726

Confessio  
est neces-  
saria ad  
salutem.



VAERITVR, vtrum confessio  
sit de necessitate salutis? Respond.  
quod sic, & ita firma fide tenendum  
est, vt patet ex concil. Tridenti. ses-  
sione. 14. cano. 6. cuius verba sunt. Si quis nega-  
uerit confessionem sacramentalem vel institu-  
tam vel ad salutem necessariam non esse de iu-  
re diuino, anathema sit. Idem patet ex capit.  
Omnis vtriusque sexus, de pœnitentijs & remis-  
sionibus, vbi hoc expresse dicitur. Ex præalle-  
gatis cõstat confessionem esse de iure diuino.  
De qua tamen re inferius aliqua dicentur. Sed  
dubium est, an si confessio non esset præcepta  
de iure diuino, posset ecclesia ad eã obligare?  
Nã si possit parũ refert scire an confessio sit de  
iure diuino, sufficit enim quod iã ecclesia in cõ-

illo generali obligavit oēs ad confessionē. Et  
 videtur, quod ecclesia nō potuerit cōfessionē  
 præcipere. Nā secundū communē opinionē ec-  
 clesia nō habet iurisdictionē super actus inte-  
 riores, ergo saltē non posset nos obligare ad cō-  
 fitendū illos; quod quidā afferūt, sed tamē dā-  
 nati sunt. Itē ecclesia nō posset me obligare e-  
 tiā p̄ quocūq; crimine, vt religionē proñterer  
 quia esset nimis graue onus, vt est cōmunis opi-  
 nio, sed etiā est onus grauissimū & difficillimū  
 peccata cōfiteri: ergo si nō esset præceptū diui-  
 nū, ecclesia nō posset ad hoc obligare. Hæc est  
 res disputabilis, & qua parū indigem⁹, quia ha-  
 beret⁹ pro certo, quod de cōfessione sit præcep-  
 tum in iure diuino: vt primo probauimus. No-  
 tandū tñ, quod duplicia sunt præcepta, quæ dā  
 quæ licet sint absoluta, nō obligāt hominē ab-  
 solute sed in casu, vt de eleemosyna est absolu-  
 te præceptū, & tñ nō obligat nisi in casu necessi-  
 tatis: & potest esse quod nunquā occurrat talis  
 casus in v̄ta, & ideō nō vocatur eleemosyna  
 necessaria ad salutē. Idē de sanctificatione sab-  
 bati, maxime si ecclesia nō determinasset diē.  
 Idē de honorandis parentibus. Alia sunt præ-  
 cepta quæ obligāt absolute, & nō est satis in ca-  
 su, sed oportet vt vos queratis casum, & dispo-  
 namini ad implēdū illa. Et huiusmodi est præ-  
 ceptum baptismi, confessionis, eucharistię, cir-

infranu  
 mero  
 191.

## De Confessione.

ca quæ teneor facere ad illa implenda. Et hæc vocatur necessaria ad salutem.

127  
Confessio no est tam necessaria sicut baptismus.

Quæritur, an confessio sit adeò necessaria ad salutem sicut baptismus: ita quod nunquã liceat illam omittere. Respõdeo primo, quod non est adeò necessaria vt baptismus. Nã puer sine actuali baptismo non potest saluari, potest autem homo saluari sine actuali confessione. Sed vtrum cum quis potest cõfiteri, possit aliquando omittere confessionem. Respõdeo p nũc quod multa sunt præcepta Dei, & sic quã docunque quis posset confiteri sine transgressione præcepti diuini, tenetur confiteri, etiam si perdat bona. Si verò simul concurrat aliud præceptum diuinum cum confessione, & præceptum confessionis non possit impleri sine alterius præcepti transgressione, si aliud est maius (maxime de iure naturali) tunc non tenetur confiteri, quale est non scandalizare. Vnde si fœmina sciret confessorem scandalizandum si ei confteretur, non tenetur confiteri ei, vt latius infra dicemus.

128  
Confessio no est de iure naturali.

Quæritur, an confessio sit de iure naturali? Respon. quod non. Quia sacramenta ecclesiæ sunt de illis quæ sunt supra naturam, & pertinentia ad fidem. Quis enim cognoscet aquam mundare peccatorem?

Quæritur, vtrum teneamur confiteri peccata

Peccata venialia? Resp. quod omnes conueniunt in hoc, quod qui habet mortalia peccata non tenetur confiteri venialia, quia si teneretur confiteri vnum veniale, ergo & omnia, & cum venialia sint infinita, esset quasi impossibile omnia confiteri. Sed dubium est, an qui non habet nisi venialia teneatur ea confiteri semel in anno? De hoc S. Th. q. 6. ar. 3. addi. 3. ponit duas opiniones. Prima dicit, quod tenetur, quia preceptum de confessione est absolutum & potest impleri, ergo. Secunda opinio dicit quod nullus tenetur confiteri venialia. Et hæc est tenenda, quia præceptum de confessione, intelligitur de mortalibus, vt expresse diffinitur in concilio Trident. sess. 14. cano. 7. vbi sic dicitur. Si quis dixerit sacramentum poenitentiae ad remissionem peccatorum necessarium non esse iure diuino confiteri omnia & singula peccata mortalia, & anathema sit. Pondera verbum peccata mortalia. Itē patet ex eo quod dicitur in c. Omnis vtriusque sexus, &c. confiteantur proprio sacerdoti. Circa venialia verò non est proprius sacerdos, nam quilibet potest ea confiteri cui voluerit. Itē ecclesia noluit de nouo præcipere confessionem sed præceptum iuris diuini determinare quo ad tempus executionis: at à Christo non est præcepta confessio nisi mortalium, ergo. Itē in illa decretali imponitur non

Peccata venialia an teneamur confiteri.

## De Confessione.

confitēti grauisima pœna, vt scilicet viuēs at  
ceatur ab ingressu ecclesie, & mortuus christia  
na careat sepultura: sed huiusmodi pœnæ nō  
imponūtur à pia matre ecclesia perfectioribus  
viris, quales sunt qui habēt solum peccata ve  
nialia quæ alij peccatores non tenētur cōfiteri  
(alias meliores essent peioris conditionis) er  
go. Item quia ad remissionem venialium sunt  
quamplura remedia, videlicet cōfessio genera  
lis, oratio dominica, tñsio pectoris, &c. Cæteriū  
& si nullo iure teneamur cōfiteri venialia, lau  
dabile tamē est & valde vtile illa cōfiteri: ho  
rum enim peccatorū cōfessio sufficiens materia  
est sacramēti pœnitētiæ. Esetque l. æresis asse  
rere quod nō liceat cōfiteri peccata venialia  
vt definitum est in cōcil. Tridēt. sess. 14. can. 7.  
cuius verba sunt. Si quis dixerit nou licere cō  
fiteri peccata venialia, anathema sit. Talis igitur  
qui nō habet nisi venialia, perat in paschate  
Eucharistiā, & sacerdoti dicēti quod pri<sup>9</sup> cōfi  
teator, respōdeat se nō egere cōfessione, & sa  
cerdos credat. Sed q̄s est hic, & laudabim<sup>9</sup> eū?

730  
Mētiri in  
cōfessio  
ne quale  
sit pecca  
tum.

Quæritur, vtrū aliquis possit cōfiteri pecca  
tum quod nō habet? Respō. S. Tho. quod si nū  
quam licet mētiri, multo minus in cōfessione.  
Sed quale peccatū erit? Dico p̄babiliter, quod  
qui cōfitetur mortale quod non habet, peccat  
mortaliter: quia peccat circa ea quæ sunt de ne  
ces  
ces-



cessitate confessionis, & decipit confessorē qui  
 absoluit quod non potest absolui: & consequē  
 ter dico, quod cōfessio nō fuit integra, ac pro-  
 inde nulla & iteranda: quia non confitetur de  
 illo mendacio pernicioso. Si autem peccatum  
 de quo dubitat, cōfiteatur tanquam certum: si  
 id faciat credēs esse magis securum vt cōmu-  
 niter fit, non peccat. Si aut faciat animo decipi  
 endi cōfessorem, peccat mortaliter. Sed quid  
 de scrupulosis, vt si habeo suspicionem, quod  
 feci peccatum? Respōdeo, quod nō solum nō  
 teneor confiteri, sed neque debeo facere, si cre-  
 do quod non consensit. Quia in rebus mortali-  
 bus debemus procedere ex crassis cōiecturis,  
 Deus enim nō est sophista, nec querit laqueos.  
 In rebus autem moralibus vocatur demon-  
 stratio, vbi habeo coniecturas pro vna parte,  
 & non pro alia, licet habeam formidinem eius.  
 Isti qui sic cōfitentur infamant sacramenta &  
 redunt ea odiosa, satis est confiteri peccata cer-  
 ta & dubia: sed non de scrupulis qui sunt veri  
 scrupuli. Nam de his loquor. Exemplum, est ali-  
 quis qui omnino habet propositum cauendi à  
 peccatis, & nullo modo vellet consentire ten-  
 tationibus, & expertus est quod solet resistere  
 cogitationibus & illecebris, postea occurrerūt  
 cogitationes & detentus fuit in illis, & post-  
 quam discesserunt non recordatur si aduertit

scrupu-  
 losi inf-  
 mant sa-  
 cramen-  
 ta.

## De Confessione.

si consensit, vel qualiter se habuit. Dico quod de tali scrupulo non oportet confiteri. Et eodē modo de cogitationibus fidei, & phantasijis que occurrunt homini etiam parato mori pro fide si opus esset.

191  
Mentiri  
circa venialia in  
confessione quale  
peccatū  
sit.

Dubitarur, vtrum peccet mortaliter qui confitetur peccatum veniale quod non fecit. Nam quod peccet venialiter certum est. Caieta. in. 2. 2. in materia de mendacio dicit quod est peccatum mortale: quia mentitur in iudicio, vbi tenetur dicere veritatem. Sed respon. quod nō est mortale, nam licet sacerdos possit exigere veritatem à pœnitente, non tamen quancūque veritatem, sed eam quæ pertinet ad materiam iudicij sui, & cum venialia nō sint materia cōfessionis mentiri circa illa, non est peccatum mortale. Sicut nec si confessori interrogāti, an sim pauper, dixerō quod non, cum tamē vera sim pauper, nō pecco mortaliter. Et quāuis Caieta. in. 2. 2. fuerit illius sententiæ, tamen in summa confessionis moderatius loquitur dicens, quod si sit intētio penitētis facere peccata venialia materiam cōfessionis, tunc mentiri (etiam circa venialia) esset mortale, quia iam veniale est materia principalis & pertinens ad iudicium. Si verò non est intentio pœnitentis tacere venialia materiam confessionis mentiri circa illa non est mortale. Sed adhuc dico, quod

quòd etiam si habuero intentionem efficiendi materiam confessionis ex venialibus, dicens mendaciū circa illa, vt si dicam me non fuisse mentitum, non pecco moraliter: quia per hoc quod nolo dicere mutatur intentio prior, & iā non manet materia confessionis, etiam si non habuero reflexionem illam, nolo quod hoc peccatū quod volo tacere sit materia cōfessionis.

Quæritur, quando obligat præceptum confessionis, an statim post peccatum? S. Tho. 4. d. 17. & in additionib<sup>9</sup>. q. 6. ar. 4. dicit quod hoc præceptum potest multipliciter considerari. Vno modo stando in solo iure diuino, seclusa ecclesię determinatione. Alio modo post ecclesię determinationem. Loquendo igitur secundum primam considerationem, dicunt aliqui, quod obligat solum semel in vita, in casu necessitatis: sicut & alia præcepta affirmatiua, puta in articulo mortis. Sed contra, quia tunc esset impossibile cōfiteri peccata: nam cum ad hoc requiratur memoria peccatorum, videtur impossibile moraliter loquendo, quod quis habeat in memoria peccata quæ commisit in 40. annis: & sic frustraretur illud præceptum, saltem pro maiori parte, quia paucorum peccatorum in fine vitæ posset quis habere memoriā. Ideo dicunt alij quod tenetur quilibet confiteri in articulo necessitatis: qui vocatur quando

132

An statim  
post pec-  
catum te-  
neamur  
cōfiteri.

Quando  
tenemur  
cōfiteri.

## De Confessione.

est periculum obliuionis, sicuti & alia præcepta tenemur implere quâdo est probabile, quod si tunc non implentur, postea non poterunt impleri: sicut de auditione missæ, nō teneor eam audire mane, nisi solum sit vnica missa quæ mane celebratur: & sic de confessione quam tenetur facere intra illud tempus quod sufficit ad memoriam peccatorum retinendam. Sed contra, quia si hoc esset verum, ecclesia negligenter, determinasset in cap. Omnis vtriusque sexus, tempus vnus anni pro confessione: nam probabile est, quod in vno anno obliuiscuntur aliqua peccata. Certum enim est, quod si de iure diuino teneremur confiteri peccata nostra pluries in anno, nō posset ecclesia dare facultatem, quod differretur cōfessio vsque ad annū: sed sunt aliqui qui in vno anno obliuiscuntur, ergo. Ad hoc sciendum, quod ecclesia non dedit nouam licentiam, sed coercuit negligentiam, nec voluit dicere, quod non confiteantur ante annum: sed quo ad forum exterius voluit arētare. Vnde si quis aggredere periculum mortis ante annum, ecclesia non deobligauit illum à confessione in tali casu facienda. Sed quia nunc nemo obligatur confiteri nisi semel in anno (aliàs ecclesia deciperet nos) ideo falsum est quod isti dicūt. Itaq; videtur mihi, & est notandum pro alijs præceptis, quod Christi-

IUS

stus instituit ecclesiã, & dedit sacramenta & præcepta generalia nõ autem dedit præcepta particularia, & ordinationes speciales quibus solis posset gubernari: vt isti heretici somniãt. Quod patet, nam Christus non determinauit episcopos per diuersas dioceses, & tamen nisi essent episcopatus distincti, esset impossibile ecclesiam gubernari, quia possent præcipere contraria. Nec in eo fuit prouisio Christi insufficiens, nam idcirco cõstituit prælatos vt gubernarẽt ecclesiam, & præcepit fidelibus, obedite præpositis uestris. Secundò notãdum quòd Christus reliquit aliqua præcepta generalia sine determinatione, quæ quidem non possunt commode obseruari ad Christi intentionem, nisi ecclesia determinasset tempus vel modũ, &c. V.g. Christus posuit præceptum Eucharistiæ dicens, Nisi manducaueritis carnem filij hominis, &c. Stãdo solum in præcepto Christi, quãdo teneretur homo sumere Eucharistiam? Si dicas, quod semel in vita, hoc non est verisimile cum secundum Hieronymum, Augusti. Ambrosium, & alios doctores, in oratione dominica per panem quotidianum intelligatur Eucharistia. Cum etiam apostoli, & in primitiua ecclesia fideles frequentarent hoc mysterium. Et Christus dixit, Hæc quotiescunque feceritis in mei memoriam facietis. Et iterum, Hoc facite in meam commemora-

## De Confessione.

tionem. Ac proinde patet, prædictum præceptum nõ posse cominode obseruari ad intentionem Christi, sine ordinatione & determinatione ecclesiæ. Itẽ præceptum de celebratione testis, quomodo impleretur? Nunquid sufficeret semel in vita genua flectere, & Deum colere? Sic igitur dico de præcepto cõfessionis, quod de iure diuino tenemur confiteri quando ecclesia determinauit. Nec enim stando in iure diuino potest determinari quando obliget: fuit etenim intẽtio Christi quod ista mysteria frequentarentur.

133  
Casus in  
quibus  
tenemur  
statim  
cõfiteri.

Nunc videamus vtrum stando in iure diuino, sint aliqui casus in quib<sup>9</sup> tenemur statim confiteri? Aliqui antiqui, & quidam summi sic dicunt, quod peccator tenetur statim confiteri quia alias exponeret se periculo: posset enim mori, vel impediri lingua vel memoria labi. Itẽ quia secus agendo, iam nõ facit quod in se est. Huius sententię est Innocẽtius in cap. Omnis, de pænitijs & remissionibus Idem videtur sentire. Archid. in cap. Ille rex. de pænitijs, dist. 3. Sed S. Tho. & alij doctores dicunt, quod non tenetur homo statim post peccatum confiteri. Patet, nemo tenetur statim ad contritionem quæ est magis necessaria quàm confessio, ergo nec ad confessionem. Item hoc non determinatur in iure diuino, aut positiuo, ergo est tal-



fallum. Item ecclesia determinauit semel in anno, ergo hoc sufficit.

Sed utrū homo de iure diuino teneatur cōfiteri in articulo mortis? Respond. quod sic. Nā peccator tenetur confiteri, & non potest post mortem, ergo qui est in illo articulo, si nō vult confiteri exponit se periculo. Vnde in capit. cū infirmitas, de pœnitētijs & remissionibus, precipitur medicis, vt admoneant & exponant infirmis pericula mortis: in quo errant communiter medici, ne contristent infirmū. Sed verū est, quod debent facere quanto melius poterint: sed omnino sunt negligentes medici. Et potest contingere, quod propter eorum negligentiam damnentur aliqui infirmi. Sed quid vocatur articulus mortis? Respondet Palud. 4. dist. in. 17. q. 2. quod nō dicitur articulus mortis, vnde quis potest mori: sicut non est articulus mortis, iugar, iugar a las cañas, correr toros, o cavallos: tunc enim non tenetur homo confiteri ante ista exercitia: sed articulus mortis vocatur, vnde communiter, & frequēter solet sequi mors, sicut intrare bellum. De intrantibus autem mare est dubium, si erit: esset paruum spacium & mare esset placidum, non tenetur confiteri. Breuiter arbitror eni vni relinquantur iudicium de periculo mortis.

Quæritur, vtrum ante eucharistiam recita-

134

In mortis articulo, an teneamur de iure diuino confiteri.

1070

1071

## De Confessione.

Cur homo de iure diuino cōfiteri? Communis opinio est, quod sic. Caiet. 3. p. & in sūma tenet oppositum. Cuius sentētia in concil. Tridenti. sessio. 13. de sacramento Eucharistiæ in calce canonis vndecimi, damnata est & reprobata, ita, vt nec opinatiue possit defendi, etiam sub pœna excommunicationis ipso factō incurrendæ. De hoc iam disputauimus supra. Ex dictis sanctorum non est dubium quin teneatur confiteri, si habeat copiam confessoris. Si autem non habeat & debeat celebrare diebus festiuis, bene poterit sine præuia cōfessione: maxime si non celebrando incurrat aliquam notam infamiæ.

135

An ad recipiēdū alia sacramenta recineamur, cōfiteri.

Sed vtrum ad recipienda alia sacramēta teneatur homo confiteri? De hoc Marsilius. 4. q. 11. ar. 1. facit magnam difficultatem, & dicit particulariter de recipiente sacramentum ordinis quod ordinandus tenetur cōfiteri prius, quia sacramentum ordinis directe ordinatur ad copiam gratiæ, & esset magna irreuerētia nō disponere se ad receptionem illius. Sed respondeo absolute (omissis opinionibus) quod ad receptionem aliorum sacramentorum nemo tenetur confiteri. Vnde de consecrat. dist. 4. c. vt ieiuni, dicitur, quod qui confirmādi sunt, si sunt perfectæ ætatis, admonentur vt prius confiteantur. Vbi admonitio potius videtur

cō-

cōsiliū quān præceptū. Et sic nō est necessa-  
riū ante hoc sacramētum confiteri in quo re-  
cipitur copia gratiæ, multò minus erit in alijs.  
Quod clarius patet ex verbis concilij Tridē-  
tini. sessio. 26. de reformatione matrimoniij ca-  
pit. 1. vbi sic dicitur. Postremò sancta Synod<sup>9</sup>  
cōiuges hortatur, vt antequam contrahāt, vel  
saltem triduo ante matrimoniij consummatio-  
nem sua peccata diligenter confiteantur. Et  
ad sanctissimum Eucharistiæ sacramētum pie  
accedant. Hactenus ibi verum est, quod quia  
omnia sacramenta conferūt gratiam, videtur  
aliqua negligētia accedere ad illa sine confes-  
sione. Sed quod non requiratur confessio, pa-  
tet etiam, quia ecclesia hoc non determinauit,  
nec in iure diuino habetur, ergo non est neces-  
saria. Sed vnde magis habemus quod requira-  
tur cōfessio ante Eucharistiam quam ante alia  
sacramēta? Respondeo, quod hoc habemus ex  
Paulo dicēte, probet autē seipsum homo, &c.  
Et ex vsu ecclesiæ: vbi qui nō confitetur habe-  
ret consciētā peccati mortalis. Item ex dictis  
sanctorum, & ex cap. Omnis vtriusque sexus,  
vbi præcipitur confessio ante pascha propter  
Eucharistiam in eo sumendam.

Sed vtrum ad administrandum sacramēta  
teneatur sacerdos cōfiteri? Resp. quod nō, quia  
aliās sequeretur pplexitas. Nam si essent decē  
sacramē

136

Ad admī  
nistrādū  
sacramē

sa-

## De Confessione.

ta, an sa-  
cerdos te-  
neatur  
cōfiteri.

facerdotes omnes in peccato mortali, quis au-  
diret prius alterius confessionem? Sed ex reue-  
rentia quam debemus sacramentis, cōmodum  
est, quod ante quam illa ministremus, vel euā-  
gelium legamus, cōfiteamur; si potest comino  
de fieri. Et aliquando negligentia confessionis  
posset esse venialis, nūquam tamē mortalis: &  
hoc teneatur sine quo cunque scrupulo. Adria-  
nus, Palud. & Bonanentu. ponūt aliquos casus  
in quibus tenetur homo statim confiteri, sed e-  
go non credo eis.

137  
De iure  
humano  
quando  
tenemur  
cōfiteri.

Quæritur, quando tenetur homo iure hu-  
mano cōfiteri? Dices, quod semel in anno, vt  
diffinitum est in illo canone Omnis vtriusq;  
sexus. Præterea idem diffinitur in concil. Tri-  
denti. sessi 14. canō. 8. cuius verba sunt. Si quis  
dixerit ad cōfessionem omnium peccatorum  
qualem ecclesia seruat, nō teneri oēs & singu-  
los Christi fideles, iuxta magni cōcilij Latera-  
nē constitutionem semel in anno, anathema  
sit. Sed quæro ego, quando? Nam in illo capit.  
Omnis vtriusq;, non determinatur tempus, ac  
proinde ex illo præcepto non plus obligamur  
confiteri in quadragesima, quam extra: & ita  
est. Vnde dico, quod si quis extra quadragesi-  
mā semel fuerit cōfessus, si postea habuerit im-  
pedimentum sumendi eucharistiam in pascha-  
te, non tenetur confiteri in quadragesima. Et

si recordetur se in confessione præcedenti oblitum fuisse aliquod peccatum mortale, non tenetur illo eodem anno iterum confiteri, sed potest expectare aliam quadagesimam.

Sed quid faciet obliuio sus? An teneatur scribere peccata, vel aliter mandare in memoriam peccata? Maio. 4. d. 17. q. 2. dicit quod sic. Ego non credo quod teneatur, imò nec laudo, quod peccata scribantur. Probo, quia nō tenetur aliquis magis ad confessionem, quam ad contritionem: sed ad contritionem habendam non oportet peccata scribere (sufficit in generali confiteri de oblitis) ergo nec ad confessionem requiritur id. Nec enim oportet iugum domini reddere grauius, satis est quod quādo confitetur, debet dare operam, vt recordetur peccatorum, & aliæ sunt fabulæ. Ita dicit Syluest. (doctōr non spernendus) verb. Cōfessio. 1. §. primo, in fine. Et præterea difficile est profecto quod aliquis habēs curam animæ suæ, obliuiscatur aliquis cuius peccati mortalis. Certe est difficile.

138  
Obliuio  
sus an te  
neatur  
scribere  
peccata  
ad confi  
tendum.

Quæritur, in qua ætate incipit obligare hoc præceptum de cōfessione? Videtur, quod nō statim post vsum rationis. Quoniam nec statim tenetur sumere eucharistiam: cū tamen etiam sit in præcepto. Respondeo secundum omnes quod statim post vsum rationis tenetur confiteri peccatum mortale. sed cum con

139  
Qua æta  
te confi  
teri tene  
amur.

tes.

## De Confessione.

Confessio sit sacramentum nō debet ludicre fieri. Et si nō sunt coniecturæ de usu rationis, non sunt pueri audiēdi ea intentione, quasi sit ibi aliquod sacramētum : sed instruēdi sunt, & docēdi. Ad argumētum de Eucharistia, respondeo primo, quod aliquem habere, vel non habere usum rationis nō potest certo sciri, nisi quibusdam cōiecturis : ideo quādo non est certum, sed habemus cōiecturas, quod habeat usum rationis, tenetur confiteri : quia nullum est periculum, quod confiteantur peccata etiā ante usum rationis. Ad Eucharistiam autem non dimittitur accedere quousque certo sciamus, quod habeāt usum rationis, propter irreuerētiam. Secūdo dico, quod usus rationis nō simul venit de omnib<sup>9</sup> rebus, potest enim quis cognoscere vnum, & nō aliud. Nam prius peruenit puer ad tempus, quo possit iudicare de peccatis mortalibus, quam ad intelligendum tātum sacramētum, & quod ibi sit corpus Christi : quod tamē debet discernere qui sumit Eucharistiam.

140

An papa possit dispensare in præcepto confessionis.

Quæritur, vtrum Papa possit dispensare in præcepto confessionis? Respō. quod non. Quia inferior nō potest reuocare, nec relaxare præceptum superioris: cum nec par in parem habeat potestatem. Cum ergo præceptū cōfessionis sit de iure diuino, nemo poterit dis-



dispensare nisi solus Deus. Sed contra Papa potest dispensare in voto simplici, vt est communis opinio: & tamē obligatio voti simplicis est de iure diuino, ergo. Item secūdum opinionem communē Canonistarum, Papa potest dirimere matrimonium ratum per verba de præsenti (in quo etiam cōsensit Caieta.) ergo Papa potest dispensare in iure diuino positivo, quod & concedūt Canonistæ, sed nō ita opinor profectō, mittūt enim falcem in messem alienam. Ad argumētum igitur, potest dispensare in voto, concedo: & in matrimonio rato, trāseat: ergo in iure diuino, distingo cōsequēs. Duplex est ius diuinum, vnum quod non depēdet ab actibus nostris, & in hoc nō potest Papa dispensare. Alterum quod depēdet ab actibus nostris, ita quod per se non est sufficiens ad obligandum sine noua nostra obligatione: sicut est votum, & in hoc ratione illius propriæ obligationis quā ego superinduxi, papa potest dispensare: inq̄ & parentes dispensant in votis filiorum ante. 14. annum. De matrimonio autem rato dico quod est contractus quidam: vnde filius diuinum obligaret Petrum ad accipiēdam Mariam in coniugē, papa nihil posset, sed quia ex actu istius pendet hæc obligatio, & ex contractu humano particulari, si Papa in hoc

po-

## De Confessione.

potest dispensare (de quo tamē nihil dico) est ex ea parte, qua est ibi aliquid humanū, & quia præceptum confessionis est per se sufficiens ad obligandum nos, est proprie ius diuinum, ac proinde non pot. It'apa in en dispensare.

141  
Confes-  
sio sacer-  
dori fa-  
cienda.

Quæritur, an sit necessarium confiteri sacerdoti? Respond. quod sic. Et ita firma fide tenendum est. Sic enim est definitum in concil. Florenti. sub Eugē. 4. cuius verba sunt. Sacramenti poenitentiae minister est solus & omnis sacerdos, habens auctoritatem absoluendi, vel ordinariam vel ex commissione superioris. Præterea illud idem definitur in concil. Tridentino, sessio. 14. cap. 6. Item cano. 9. & cano 10. Itē probatur, quia solis apostolis dictum est, Quorū remisistis peccata, remittuntur eis. Et, quodcumque solueris super terrā, & soli Petro, pascue oues meas. Confirmatur ex vsu ecclesiae: nā solis sacerdotibus quando ordinantur dicuntur illa eadem verba quæ Christus Apostolis dixit, scilicet, Accipite potestatem ligandi & absoluendi. Hæresis f. it Vualdensiū, vt refert Harillus. 4. q. 12. dicentium quod indifferenter poterat quilibet confiteri cui veller. Dicit etiam, quod in aliquibus locis illi qui damnabantur ad mortem non mittebantur confiteri sacerdotibus, sed laicis: quod quidem est error intolerabilis. Sed de his in materia de  
cla-

clauibus dicemus.

Queritur, vtrum venialia possint laicis cōfiteri? Respō quod talis cōfessio nō erit sacramentalis, sed proficiet sicut cū vnus laicus recitās cum alio horas canonicas, dicit cōfessionem generalē. Imò ipse sacerdos cū celebrat, absoluitur de venialibus à laico in cōfessione generali auctoritate ecclesiæ, quæ habet potestatem supra venialia: sicut per functionem peccatoris, vel aquam benedictam. Quia licet talis confessio non sit sacramentum, est tamē quoddam sacramētale.

Queritur, vtrum confessio mortalium possit fieri laico? Respondet Magist. sentē. 4. d. 17. & S. Tho. ibidem. q. 3. & in additionibus. q. 8. ar. 2. quod in necessitate, vrgēte periculo mortis, confessio etiam mortalium est faciēda laico. Magister in litera allegat Augustinum dicentem. Tāta vis confessionis est, vt si deest sacerdos confiteatur proximo. Et Beda. Sed & graviora cōequalibus pandenda sunt, cum deest sacerdos & vrget periculum. Hāc opinionē tenēt cōmuniter omnes doctō. Durā. Palud. Ricardus, Gabriel, Maio. Marsili. Sed Scotus ibi dicit, quod in casu licitē sit laico, scilicet, quando ab eo spero consiliū, vel maiorem peccatorū dolorē: sed cæteris paribus melius est nō facere. Et in. 4. d. 14. ar. 2. in fine dicit etiam Scotus,

142

143  
Cōfessio  
mortalium  
an possit  
fieri laico.

## De Confessione.

tus. Dubium est an talis confessio sit in detrimentum salutis, quia talis diffamat se sine utilitate, ergo nō est opus sic confiteri. Ipse libenter negaret, nisi inoueretur dictis Sanctorū, sed plus sanctis credendum est, quam vni rationi leui. Et tenendum est omnino, quod licet cōfiteri laico in tali necessitate, licet hoc multū abierit à consuetudine: quam credo antiquis temporibus magis in vfu fuisse. Nunc etiam fit aliquando, vt in naufragio. Ad argumentum verò Scoti, nego, quòd talis diffamat se, nam etiā extra cōfessionem possum dicere peccatum meum: vt detur auxilium, vel consilium. At dices hoc esse verum, quia sequitur inde aliqua vtilitas. Dico, quod etiam in confessione facta seculari est aliqua vtilitas, scilicet subiectio ipsa, qua se subiecit homini laico propter Deum, est pars satisfactionis. Et etiam propter verecūdiam. Si autem timeretur infamia, aut reuelatio confessionis, tunc nec sacerdoti esset facienda. Sic verò hoc dicimus licitum: vt nullo modo dicamus præceptum. Vnde male summa Angelica & alij summistæ imponunt magistro, & S. Tho. quod dixerint esse præceptū. Nam S. Tho. dicit, quod potest fieri: & in solutione ad primum dicit quod debet fieri: sed tamen hoc verbū non dicit præceptum. Laicus aut qui sic cōfessionē audierit, nullo modo debet

bet absoluere, quia nō habet potestatem, nec possunt ei committi clauēs: ecclesia enim non habet potestatem supra peccata mortalia nisi per sacramenta, ideo talis non debet absoluere, sed deprecari. Si autem de facto absoluere, nihil faceret: sed non manet irregularis: quia cum irregularitas sit pœna iuris positivi, & in iure non sit expressum, quod talis incurrat irregularitatem, nō incurrit. Quia in cap. Is qui. de sententia excommunicata. libr. 6. ponitur regula generalis, quod nullus incurrit irregularitatem propter quodcunque delictum, nisi sit in iure expressum. Et ita tenent Syluest. verbo, Confessor. 1. & Palud. 4. distinct. 17. q. 3. Verum tamē omnia prædicta admitti possunt, si sermo sit de confessione non sacramentali. Cæterum si de sacramentali confessione sermo fiat, firma fide tenendum & dicendum est confessionem sacramentalem nunquam fieri posse laico, sed duntaxat sacerdoti, qui charactere sacerdotali insignitus sit. Sic enim definitur in concilio Tridentin. sessio. 14. de pœnitentia, canon 10. cuius verba sunt. Si quis dixerit non solos sacerdotes esse ministros absolutionis, sed omnibus & singulis Christi fidelibus esse dictum, Quæcunque ligaueritis super terram erunt ligata & in cœlo, & quæcunque solueritis super terram erunt soluta & in cœlo. Et

## De Confessione.

quorum remiseritis peccata remittuntur eis  
& quorum retinueritis retenta sunt, anathema  
sit.

144 Quæritur, an sacerdotes in peccato mortali existentes, potestate in habeant absoluendi penitentes in confessione sacramentali. Et proinde veram & realem absolutionem conferant, cum actualiter absoluerint. Respondetur affirmatiue, & ita firma fide tenendum est. Sic enim diffinitur in cano. 10. proximè allegato, cuius verba sunt. Si quis dixerit sacerdotes qui in peccato mortali sunt, potestatem ligandi & soluendi non habere, anathema sit.

145 Quæritur, vtrum confessio possit fieri cui libet sacerdoti, vel soli proprio. Respon. quod solum proprio. Patet ex c. Omnis vtriusq; sexus, vbi hoc præcipitur. Item quia cum sacerdos sit iudex, oportet quod habeat iurisdictionem. Si enim iudex superior diceret alicui, yote hago alcalde, nihil esset nisi ei daret subditos, ergo etiam in confessione. Potestas enim iurisdictionis non potest esse sine subditis. Ideo oportet confiteri proprio sacerdoti. Sed quis est iste proprius sacerdos? Respõ. quod Papa, Episcopus, Curatus, & quicumq; ex officio suo habet curam animarum: siue hoc sit ex electione, vt priores, & abbates in religione. Superior non est ordinarius nisi mortuo priore, vel amoto.

Ali.



Aliqui doctores vocat proprium sacerdotem omnem eum qui potest confessionem audire, siue hoc faciat ex officio, siue ex sola commissione. Sed vtrum in absentia sacerdotis proprii, vel quando poenitens ex rationabili causa non vult confiteri proprio sacerdoti (excludimus omnia priuilegia, & loquimur stando solū in iure cōmuni) liceat alteri cōfiteri? V.g. fugit proprius sacerdos tēpore paschatis, vel in ipsa cōfessione sollicitat fœminam ad stuprum: petit illa licētiam, vt possit alteri confiteri, & ille non vult cōcedere: & vrget necessitas sumēdi Eucharistiam, quia est pascha, & si nō sumat excommunicabitur, est dubiū quid faciet? Respondēt ad hoc multi summistæ, quod in tali casu manet libera ad subiiciendum se cuiuscūq; voluerit sacerdoti: quia in dicto cap. Omnis vtriusque, dicitur, quod petat licētiam à proprio sacerdote, & sic illa petendo facit quod in se est, ac proinde manet libera. Sed hæc opinio non est segura, quia nō habetur in iure: & ideò doctores qui sanius sentiūt de hoc, dicūt, quod mulier in tali casu debet recurrere ad superiorem, & dicere quod non expedit sibi confiteri tali sacerdoti, & superior debet credere. Et quod non possit alteri confiteri sine licentia superioris patet, quia mortuo sacerdote proprio, non posset talis mulier confiteri cuiuscunq; in

## De Confessione.

differenter: ergo nec poterit in casu prædicto. Item si proprius sacerdos excommunicaretur, non posset alteri cōfiteri, nisi de licentia superioris, ergo nec in illo casu. Sed quid si non sit recursus ad superiorem, vel si ille neget licentiam? An licebit tunc confiteri cuicumq;? Palud. in 4. dist. 18. q. 3. ar. 3. dicit, quod in tali casu potest libere confiteri cui voluerit. Idem Syluester in summa. Ratio Palud. est, quia ipse tenet, quod stando in iure diuino quilibet sacerdos potest quemlibet absoluere, & quod modo non possit, est propter ius humanū: & cum ecclesia non possit hoc ius statuere, vt scilicet confiteatur cum scandalo, sequitur quod tunc cessat ius humanum, & standū est iuri diuino. Sed vere hæc sentētia est mihi multum dubia: & primò puto quod sit contra S. Tho. 4. d. 17. q. 3. ar. 2. quæst. iunctura. 4. ad. 5. vbi ad literā proponit casum: & dicit, quod si superior nolit cōmittere facultatem: idem est iudicium ac si nō habeat copiam confessoris. Quod etiam dicit in additionibus quæst. 8. articu. 4. 5. Hoc etiam Caieta. in summa, verb. Absolutio. Vnde propter nullum casum (excepto mortis articulo) poterit absoluere, qui ante illam necessitatem non poterat absoluere: & merito quidem. Nam aliàs quilibet fingeret sibi causas alteri confitendi. Et consequenter dico de casibus

reſeruatis, quod ſi ſuperior non vult concedere (licet male faciat) inferior nō poterit abſoluere. Vt patet ex concilio Tridentino, ſeſſione, 14. de pœnitentia, capit. 7. & cano. 11. cuius canonis hæc ſunt verba. Siquis dixerit Episcopos non habere ius reſeruandi ſibi catus niſi quo ad externam politiã, atque ideo caſu in reſeruatiõem nō prohibere quominus ſacerdos à reſeruatis vere abſoluat, anathema ſit. Dicit tamen Sanct. Thom. vbi ſupra ad ſextum (& eſt notandum) quod male faciant prælati qui in hoc reddunt ſe difficiles, & iniiciūt laqueum animabus, nolentes dare licentiã abſoluendi. De illo autem quod dicit Palud. quod ſtando in iure diuino quilibet ſacerdos poteſt quemlibet abſoluere, dicimus, quod forte hoc eſt falſum.

Sed quid faciet pœnitens cum non poteſt obtinere licentiã à ſuperiori, & inſtat cōmunio? Reſpondeo, quod cōmunicet ſecure & tute. Idem enim eſt iudicium tūc de eo ac ſi cœreret confefſore (y vaya ſobre mi conſciencia.) Sed tamen aduertant tales, quod habeãt rationabilem cauſam non conſtitendi proprio ſacerdoti: verecundia enim, aut timor, quod ille male de me ſentiet poſtea, non eſt cauſa ſufficiẽs: quia aliã nemini teneretur cōfiteri, quia ſemper accidunt illa cuiſcunq; cōfitearis. Si ta-

146  
Cũ non expediat proprio ſacerdoti cōfiteri quid faciendum.

## De Confessione.

men nocuit iam mihi, vel indirecte me diffamavit, iam ista esset causa legitima non confitendi ei.

147  
Qui cō-  
cauit in  
paschate  
sine præ-  
uia con-  
fessione,  
an tenea-  
tur illo  
anno cō-  
fiteri.

Sed dubitatur, an postquam talis communi-  
cauit in paschate, absoluat a præcepto con-  
fessionis? Videtur quidem quod sic, quia non  
stetit per eum quin confiteretur, cum non pec-  
cauerit non confitendo, ergo. Item quia confes-  
sio videtur instituta propter eucharistiã, cum  
ergo iam communicauerit, videtur quod illo  
anno non teneatur iterum confiteri. Sed dico,  
quod adhuc tenetur confiteri habita opportu-  
nitate, quia adhuc potest implere præceptum  
de confessione semel in anno.

148  
Qui ex  
causa nō  
cōmuni-  
cauit in  
paschate  
an tenea-  
tur post  
ea cōmu-  
nicare.

Maius dubium est, an qui ex legitima causa  
non cōmunicauit in paschate, quia fuit in ma-  
ri, vel in via, postea teneatur ad communionē?  
Palu. videtur dicere, quod sic, sed certe nescio  
quare, cum sit determinatum certum tempus  
ad communionem & transferit iam. Item con-  
firmatur, quia si ex malitia nō communicauit,  
postea non tenetur cōmunicare: ergo nul-  
to minus si ex legitima causa non communica-  
uit. Cōsulendum esset talibus vt communica-  
rēt: sed credo, quod non tenerētur iam pro illo  
anno.

149  
Ex com-  
misione

Quæritur, an ex commissione proprii sacer-  
dotis liceat confiteri alteri? Respon. quod sic,

vt patet ex dicto cap. Omnis vtriusque. Et sic est consuetudo ecclesie, & vtinam non esset ita: quia iam nullus curat<sup>9</sup> audit subditos suos. Hanc autem commisionem & licentiam potest dare curatus, Episcopus, Papa. Sic habetur expressse, de officio ordinarij cap. inter cetera. Et qui sic confitetur clerico seculari, vel fratribus expositis, non tenetur iterum confiteri proprio sacerdoti. vt determinatum est ab Alexandro 4. & a Cleменте. 4. & a Benedicto, & a Ioã. 22. & a Calixto.

pprij sacerdotis  
possum<sup>9</sup>  
alteri confiteri.

Quæritur, vtrum qui habet autoritatē eligendi confessorem per bullas, vel alia ratione quacunque, possit eligere simplicem sacerdotē nondum expositū ad audiendas confessiones? Respondeo absolute (esto dubitent canonistæ) quod sine quocunque scrupulo potest eligere quemcunque sacerdotem, vt etiam dicit Caiet. in summa. verb. Absolutio. Ratio est, quia in hoc solo differt sacerdos habens iurisdictionē à non habente, quod ille habet materiã, hęc autem non, & huic nihil aliud deficit ad hoc vt possit absoluere, nisi materiã circa quam exerceat potestatem quã accepit, dum fuit ordinatus. Cum ergo recipienti bullas detur potestas subijcendi se cui voluerit, iam talis sacerdos electus habet materiã & iurisdictionem circa illū: unde nihil sibi deficit. Et ita tenendum est. Sed  
quan

150  
An virtute indulgentiarū possim<sup>9</sup> eligere confessorem simplicem sacerdotē.

## De Confessione.

quauis prædicta doctrina fuerit ante concilium Tridentinū inter doctores triualis multumq; recepta, iam tamē post prædicti concilij determinationem, sessione 23. cap. 15. reformationis, nullus est idoneus ad confessiones audiendas reputandus nisi beneficiū parochiale habeat, aut ab episcopis per examen (si illis videbitur necessarium) aut aliàs idoneus iudicetur, & approbationem ab eis obtineat.

151  
Sacerdos  
proprius  
an extra  
suā diocē-  
cesim  
possit au-  
dire suo-  
rum con-  
fessiones

Quæritur, vbi potest proprius sacerdos audire confessionem, vtrum curatus vnius episcopatus possit audire sibi subditum in alio episcopatu? Respō. omnino quod sic. Quia fit sine strepitu iudicij, & nemini fit iniuria. Et idē poterit frater præsentatus, & extra diocēsim, vt etiam determinauit Sixtus IIII. Et sic quando duo fratres de licentia prælati peregrinantur, possunt se inutuo absoluerē: etiā cum per uenerint ad alium episcopatum.

152  
Copiam  
eligendi  
confesso-  
rem quis  
possit da-  
re.

Sed vtrum hanc cōmissionem eligendi confessorē, facere possit habens curā animarum antequam sit sacerdos, vel sacerdos ex cōmunicatus? Respon. de primo quod sic: quia habet titulū: quauis aliqui dicāt quod illa est cōmissio iuris, sed nihil de hoc curo. De excommunicato autem dico: quod non potest, quia commissio illa est actus iurisdictionis quē nō potest excommunicatus habere. Sed vtrum  
com



commissio talis legitime facta, superueniente excommunicatione committentis spiret & sit nulla, vel an duret? Dubium est. Palud. putat probabile, quod durat. Quia illum actum fecit legitime. Et credo, quod ita est in usu, quod talis commissio valeat.

Quæritur, vtrum ratihabitio det facultatē absoluendi? V. g. ego nō sum expositus ab episcopo, credo tamen quod si adirem eum & petere rem potestatem audiēdi cōfessiones daret mihi: est dubiū an modo possim audire pœnitentem, & postea dicere episcopo vt ratiū habeat quod feci. Respondeo secūdum quosdam, quod duplex est ratihabitio, vna de futura, puta quia quando episcopus cognouerit sufficientiam meā ratum habebit quod feci, & hæc ratihabitio nō sufficit: & in hoc oēs conueniunt. Quia essentia sacramenti nō pendet ex aliquo futuro: ac proinde ratihabitio nō potest validare aut inuadere sacramentum. Alia est ratihabitio de præsentī, putā quia episcopus de præsentī vult vt audiam: licet nihil mihi dixerit, sed ego scio eius voluntatem, & hæc ratihabitio dicunt aliqui quod sufficit. Quia episcopus committit vicem suam per voluntatē. Ego nescio an hoc sit securum: nam quauis iudex ecclesiasticus libere exerceat suam iurisdictionem, tamen quia hæc potestas est in foro ec-

253  
An rati-  
habitio  
detur fa-  
cultatem  
absoluen-  
di.



de familia Papæ, habent pro confessoribus ipsum  
pœnitentiarium, Cardinales qui non sunt epif-  
copi, nullum habent à iure, sed ex consuetudi-  
ne, nec subsunt curatis, nec episcopis, sed pa-  
pæ. Et eorum familia (etiam de cōsuetudine)  
non subest ordinarijs, sed illis quibus cardina-  
lis voluerit. Cardinales verò episcopi, & om-  
nes episcopi, archiepiscopi, & patriarchæ ha-  
bent à iure potestatem eligendi, quemcunque  
voluerint, & etiam familiæ eorum. Sed quan-  
do sunt extra diœceses suas, dicunt summissè,  
quod non possunt puidere familijs suis, quod  
confiteantur cum quibus voluerint: nescio de  
hoc. Sed iam sunt tot bullæ quod nō est opus  
horum. Sed quid de curato? Dico, quod quan-  
do in vna parochia sunt duo vel plures ordi-  
narij, stando in iure diuino quilibet est eius sa-  
cerdos. Si verò fuerit vnus, habet pro ordina-  
rio solum episcopum. De consuetudine autē  
semper curati confitentur cui volent. Sed con-  
tra, quia in cap. Si episcopus, de pœnitentijs &  
remissionib⁹, lib. 6. dicitur expresse, quod nul-  
la consuetudine introduci potest quod quis e-  
ligat sibi confessorem sine superioris licentia.  
Cum igitur curati, à iure non habeant talem fa-  
cultatem, ergo non possunt habere eam à con-  
suetudine. Sed dico, quod eorum confessio est  
rata, & valida. Quia habent facultatem à præ-  
latis

## De Confessione.

Iatis videntibus, & tacentibus, ac per hoc consentientibus. Vnde si episcopus eis hoc prohiberet, non possent sine dubio facere. Vtrum autem curatus possit eligere fratrem siue sacerdotem non confessorem? Respondeo, quod sic sine dubio. Quia iam talis sacerdos secularis habet talem licentiam ab Episcopo, vt cōfiteatur cuicumque voluerit. Sed tamen de hac re dic sicut habes supra in fine quæstionis. 150.

155  
Itineran  
tiū & pe  
regrino-  
rum quis  
sit pro-  
prius cō-  
fessor.

De secularibus nihil prorsus est in iure, sed de vagabundis (inudauietos) qui semper ambulat, dico quod tales qui nullibi habitant, cōfiteantur cuilibet confessori: quia nō est maior ratio de vno quā de alio. De alijs qui querūt sibi domicilium & nōdum statuerunt vbi pedē figant, idem est iudicium, sicut de vagabundis. Nec quantum ad hoc oportet respicere vbi hospitentur: non enim tenētur confiteri parrocho illius parochiæ. De peregrinis verò qui veniunt ab alijs locis, vt viatores, & mercatores, &c. Dicendum, quod si habeent expressam licentiam peregrinandi à suo proprio sacerdote (sicut aliquando fuit consuetum) iam possunt eligere sibi quencunq; confessorem ex licentia interpretatiua proprii sacerdotis. Sed si non habeant licētiam, vt mercatores qui habent alicubi habitationem animo manendi quinque vel sex mensibus, dico, quod debent

con

confiteri proprio sacerdoti, ad curus parochiam pertinet domus quam inhabitant. De viatoribus autem, & peregrinantibus sine licentia suorum sacerdotum ordinariorum, dico, quod debent confiteri in ecclesia cathedrali, & non possunt eligere confessorem ad libitum, si non habeant aliam auctoritatem, aut facultatem. Reliqua vide apud summillas.

Quæritur, vtrum in articulo mortis quilibet possit absolui à quolibet sacerdote? Resp. In articulo mortis, an quilibet possit à quolibet sacerdote absolui.

quod si proprius sacerdos sit ibi, vel possit facile haberi, non potest nisi ab eo absolui, capiendo large proprium sacerdotem. Sed si proprius sacerdos non sit præsens, quilibet potest absolui. Hoc habetur expresse cap. Eos, de sententia excomuni. libr. 6. Et extra de furtis, cap. Fures. Et de officio ordinarij, capit. Pastoralis. Et ita tenent omnes cõmuniter. Patet etiam ex vniuersali cõsuetudine ecclesiæ. Quando enim papa, vel episcopus reseruant aliquẽ casum, semper dicunt, nisi in articulo mortis: vbi etiam possunt absolui non solum à peccatis, sed etiam à censuris. Vtrum aut sit de iure diuino, quod in tali casu possit quilibet quilibet absolui, parum interest. Palu. 4. d. 20. q. 1. ar. 2. ad. 1. dicit quod est de iuro diuino. Maio. quod de iure positivo. Capr. dist. 19. q. vnicã, & Durandus, dicunt cum Paludano, & quod

pa

## De Confessione.

papa non potest hoc impedire. Probabile est  
vtrumque, probabilius tamen puto, quod est  
de iure positivo.

157  
An con-  
fessio in  
formis  
sit vali-  
da.

Quæritur, an confessio informis (i. in qua  
propter aliquod impedimentum non conter-  
tur gratia) teneat: & sit valida: & per consequens  
non iteranda? Est quæstio ardua, & de qua plu-  
rimum nostra interest, tractaturq; à doctõribus  
4. d. 17. & ibi à S. Tho. q. 2. & in additionibus. q.  
9. art. 1. Respondeo quod de hoc sunt duæ opi-  
niones extremæ, & vna media. Opinio prima  
est Maio. 4. d. 17. q. 3. 1. & q. 9. dicentis quod õnis  
confessio informis est iteranda, vel si non fuit  
integra, vel si habuit defectum cõtritionis. Se-  
cunda opinio extrema est Bernardi de Gana-  
co in impugnationibus Gotfredi quodlibet. 5.  
q. 14. vbi ait, quod si confessio fuit integra &  
ex quocunque defectu non detur gratia, non  
est iteranda, sed erit valida & verum sacramen-  
tum: etiam si placeant peccata præterita, & p-  
ponat amplius peccare: quia ibi est materia &  
forma. Alia est opinio media verisimilior: quã  
tenet Capreo. d. 17. q. 2. & Caiera. in. q. quam de  
hoc facit: & in summa. Oportet igitur hic vita-  
re duos errores extremos. Primus, nulla cõfes-  
sio informis est iteranda: est error intolerabi-  
lis. Secundus, omnis confessio informis est ite-  
randa: Nam si hoc esset verum cum homo non  
pos



possit esse certus, an confessio sit integra, oportet in infinitum confiteri. & nulla est tranquillitas Cùm igitur aliqua cōfessio informis sit iteranda, & aliqua non: ad quærendum quæ sit valida, & quæ non, non est attendendum, an sit informis vel non: sed debemus respicere ad causas informitatis. Item notandum, quod causæ informitatis tenent se ex parte pœnitentis, supposito, quod sacerdos sit legitimus. Duo autem sunt actus pœnitentiæ ante absolutionem, scilicet, cōtritio & cōfessio, & ex his duobus debet provenire informitas. Si igitur sit informis quia ex intèrione non est integra, cōfessio nō est valida, sed est iteranda: & in hoc oēs conveniunt. Et ita firma fide tenendum est. Sic enim definitur in cōcil. Florēt. sub Eug. 4. vbi sic habetur. Oris confessio ad quā pertinet vt peccator omnia peccata sua quorū memoriā habet suo sacerdoti cōfiteatur. Præterea in cōcil. Tridēt. sess. 14. c. 5. idem dicitur, & itē in can. 7. cuius verba sunt. Si quis dixerit sacramento pœnitentiæ ad remissionem peccatorum necessariū non esse iure diuino cōfiteri omnia, & singula peccata mortalia quorū memoria cum debita & diligēti præmeditatione habeatur, etiam occulta, & quæ sunt contra duo vltima decalogi præcepta & circūstantias quæ peccati speciem mutant, &c. anathema sit. Et iterum ibidem cano. 8. con-

## De Confessione.

firmatur hoc ipsum. Si verò sit informis ex defectu contritionis, siquidem nullum dolorē habet nec aduertit, dico quod talis confessio est nulla, proinde iteranda. Quia est inualida, non propter defectum contritionis, sed quia non est vera confessio. Nam cum confessio sit pars sacramenti pœnitentiæ, & pœnitentia dicat detestationem, oportet quod ipsa cōfessio sit detestatio, & quia talis solum recitat peccata sua alteri, non confitetur, sed simulat se confiteri, & nouum peccatum incurrit. Si verò habeat dolorem, sed tamē imperfectū: vel ille percipit se non habere sufficientem dolorem, vel non percipit. Si pœnitens non percipiat, dico quod talis cōfessio est valida, ac proinde non iteranda. Et hoc est notādum ad tollēdos scrupulos. Si autē percipiat imperfectionem doloris, vel aduertit esse peccatum confiteri cum illa imperfectione doloris, vel non. Si secūdum, talis confessio est valida, quia integra ex intētionē. Si verò aduertat esse peccatum sic confiteri, & confiteatur imperfectionem illam doloris, etiam talis confessio est valida: quia est integra & vera. Si autem percipiens se non habere perfectum dolorē, & intelligens illud esse peccatum & fictionem, non cōfiteatur de illo, dico, quod talis confessio est inualida & iteranda: quia est dimidiata ex intētionē.

Sed vtrum sacerdos debeat absoluere eum qui imperfecte dolet, & confitetur illam insufficientiam doloris? Et videtur quod sic, quia talis confessio est valida & non iteranda secundum S. Thom. & Caietanum, & omnes: si autem non absoluatur est iteranda, ergo. Respondeo, quod sacerdos nullo modo debet talem absoluere. Patet manifeste, quia esset nectio in absolutione, quia ibi non remittuntur peccata: & tamen sacerdos dicit, Ego remitto tibi peccata. Item talis sacerdos absoluit auctoritate Dei, sed Deus non absoluit, ergo nec ille debet absoluere. Item qui scit imperfectionem doloris sui, peccat peccato sacrilegij petendo absolutionem, ergo multo magis sacerdos absolvens. Sed contra quia sic confitentur oēs, quod non habent dolorem sufficientem. Respondeo, quod ita confitentur propter suspensionem quam habent. Si autem scirem me imperfecte dolere, nec deberem petere absolutionem, nec sacerdos deberet absoluere. Confessio autem quae secundum S. Tho. est valida & non iteranda, est quando non percipit imperfectionem doloris & absoluitur, vel quando de facto absoluitur a sacerdote sciēte imperfectionem doloris eius.

Quaeritur, vtrum oporteat, quod confessio sit integra? Respon. ex sententia omnium quod sic, alias est inualida, sacrilega, & iteranda.

## De Confessione.

Probat S. Tho. quia sacramentum poenitentiae est quaedam medicina contra morbum: at medicus non potest conuenienter adinouere medicum nisi intelligat totum statum infirmi. Si enim habet dolorē splenis, & iccoris, & medicus intelligat primū solū, poterit applicare medicinas quæ noceant iccori. Et idem de medicina spiritali confessionis, &c. Itē probatur ex v su ecclesie, nullus enim sacerdos audiret dimidia peccata. Item quia sacerdos absoluit autoritate Dei, Deus autē non absoluit ab vno & nō ab alio (impium enim est à Deo sperare dimidiā veniam) ergo. Item confessio dimidiata est contra formam absolutionis, qua dicitur, Ego te absoluo ab omnibus peccatis tuis, ergo. Itē Augustinus dicit quod est hypocrita qui non cōtinetur omnia peccata, ergo. Hæc cōclusio est inuiolata, & quæ ab omnibus tenetur.

160  
Cōfessio  
ex negli-  
gentia di-  
midiata  
an sit rei  
teranda.

Sed quid si confessio sit dimidiata ex negligentia, quia non fecit sufficientem indagatiōem? Respondeo, quod si ex industria fuerit negligēs, vel si ita contēnat vt quasi ex industria non sit examinari: sicut qui per vnū annū integrū non est confessus, & accedit ad confessionem sine aliqua examinatione, volēs quidem quod omnia venirent ad eius memoriā: talis confessio est nulla, ac proinde iterāda. Si verò omiserit aliquod peccatum, putās se fecisse sufficien-

tem

tem indagacionem, etiam si illa ignorantia sit culpabilis mortaliter, cōfessio est valida, & nō iteranda.

Quæritur, quæ diligētia requiritur ad examinādam consciētiam? Respond. quod rarò continger, quod velit quis examinare consciētiam suam & putet se fecisse sufficientem diligētiam quin fecerit diligentiam. Quando est in hi probabile, quod satis est quod teci: obliuio peccati non erit culpabilis, mortaliter saltem. Respondeo, quod præceptum de examinatione consciētiae est idem quod de confessione, & de integre confitēdo: & quia nemo integre cōfiteretur si non examinaret se. tenetur examinare: & non examinās, peccat cōtra præceptū confessionis. Et cum nō sit peculiare præceptū de examinatione, videtur quod nō tantum teneatur ad illā sicut si fuisset particulariter præcepta: maior enim diligentia requiritur circa finem quàm circa medium. Satis est ergo quod faciam diligentiā moralem: sicut nec teneor scribere peccata, vt recorder eorū. Si aut̄ particulari præcepto teneretur recordari peccatorum, teneretur etiam scribere. Dico igitur, quod postquàm quis voluit adhibere diligentiam, & fecit aliqualem examinationem, quam putauit sufficientem, credo quod raro talis cōmittet negligentiam. Dico præterea, quod quā

161  
Examina  
tio con-  
scientiae  
ad cōfes-  
sionem  
quāta di-  
ligentia  
facienda

## De Confessione.

do ego puto, quod per parvam diligentiam vltiorem vni in cognitionem peccatorum præteritorum, si non fecero illam, non erit sufficiens examinatio. Sufficit autem taliter examinare, quod etiã si amplius examinasset per aliquod aliud tempus, nõ recordarer aliorum. Et hæc sufficit. Credo quod viri qui habent animæ suæ curam nunquam deficient in examinatione conscientie suæ. Et hac conclusione quæ diximus quod confessio nõ integra ex negligentia examinationis, non est valida: sequitur quod confessor non debet audire eum qui nõ fecit examinationem, maxime si sit de numero eorum qui non consentunt nisi semel aut bis in anno. Satis est tamen quod adhibuerit aliquam diligentiam, nec eum qui dicit se aliquã fecisse debet confessor repellere.

162  
Reseruat-  
us casus  
habes an  
dimidia  
bit con-  
fessionẽ.  
Quæritur, qui habet peccata reseruata, & etiam non reseruata, quomodo poterit cõfiteri, maxime si superior nolit audire nisi reseruata? De hoc casu fuit multa contentio apud doctores, quorũ opinionibus dimissis, dico quod si iudex superior & inferior sint præsentibus: inferior non potest absoluerẽ a nõ reseruatis: nisi prius petatur facultas absoluendi a reseruatis. Quia integritas confessionis est de iure diuino. Cum ergo ille pœnitens habeat copiam confessoris cui potest integre cõfiteri, non potest inferior



rior diuidere absolutionem. Sed superior au-  
 diat omnia peccata, vel det facultatem absol-  
 uendi à reſeruatis. Hoc Adrianus. q. 4. de con-  
 feſſione. Et Durandus. 4. diſt. 17. quæſt. 15 con-  
 tra Caietanum. Et ſi ſuperior ſolum abſoluat  
 à reſeruatis, talis abſolutio non eſt ſacramenta-  
 lis, ſed ſolum à cenſuris, & datur facultas infe-  
 riori vt abſoluat ab omnibus peccatis. Si autē  
 ſuperior abſens ſit, & non pateat facilis adi-  
 tus ad eum, & inſtet tempus celebrandi, infe-  
 rior abſoluat à non reſeruatis, & pro reliquis  
 expectet abſolutionem ſuperioris: niſi illis  
 ſit annexa aliqua excommunicatio reſeruata:  
 vt in caſibus bullę de cœna Domini: tunc enim  
 non debet abſolui a non reſeruatis. Et hæc  
 eſt contra Adrianum, & Durandum. Et in  
 hoc caſu intelligo Diuū Thom. loqui in ad-  
 ditionibus, quæſtio. 9. artic. 2. ad 4. Sed quid  
 faciendum quando ſuperior non vult commit-  
 tere facultatem abſoluendi à reſeruatis, & nō  
 expedit confiteri eidem? Vtrum inferior poſ-  
 ſit tunc abſoluerè à reſeruatis? Reſpond. vt  
 ſam ſupra dictum eſt, quod in quocunq; ca-  
 ſu poteſt quis licite nō cōfiteri ſuperiori, & li-  
 cet accedere ad ſacramentum Eucharistiæ, ſi  
 ſuperior nolit committere facultatem abſol-  
 uendi: nihilominus inferior non poteſt ab-  
 ſoluerè à reſeruatis, Pœnitens tamen poterit

## De Confessione.

accedere ad Eucharistiã ita bene ac si esset de-  
cies absolutus. Quia in tali casu est cõfendus  
non habere copiam cõfessoris: tamẽ habita op-  
portunitate tenetur cõfiteri de illo peccato. Vi-  
deat tamẽ pœnitens vtriam diximus, quod ha-  
beat sufficiẽtem causam non confitendi pro-  
prio sacerdoti.

163  
An im-  
pleatur  
præceptũ  
ecclesiæ  
de cõfes-  
sione per  
cõfessio-  
nẽ infor-  
mem aut  
non inte-  
gram.

Quæritur, vtrum per cõfessionẽ non inte-  
gram, vel aliàs informẽ satisfiat præcepto con-  
fessionis? Durand. 4. d. 17. q. 14. & 15. dicit, duo.  
Primum, in quocunq; casu confessio nõ est ite-  
rãda, adimpletur præceptum de confessione.  
Quia ecclesia non obligat ad faciendum ope-  
ra in gratia, sed ad subitãtiam actus. Et de hoc  
nemo dubitat. Secundum, in quocunq; casu con-  
fessio nõ sit valida, non adimpletur præceptũ  
de confessione. Patet in dicto cap. Omnis vtri-  
usq; sexus, debet cõfiteri omnia peccata, & pœ-  
nitẽtia imposita, &c. Clarũ est, quod si nõ im-  
pletur præceptum, cõfessor non debet impone-  
re pœnitẽtiam, nec pœnitẽs tenetur acceptare,  
quia non est ibi sacramẽtum. Sed dubia est mi-  
hi hæc propositio: cum ecclesia vel nõ possit  
obligare, vel non obliget ad actũ interiorem:  
& iste confiteatur omnia peccata sua, etiam si  
non habeat dolorem, si confiteatur hoc ipsum,  
quod nõ habet dolorem, siue absoluator, siue  
non, credo quod satisfacit præcepto ecclesiæ:  
ego

ego certe non damnarem talem.

Quæritur, an confessio dimidiata in necessitate sit valida? V. g. Percussus est aliquis lethally, & habet centum peccata, incipit cōfiteri, & postquam dixit decem, moritur vel impeditur: an talis possit absolui? Certe dubitari possit, sed probabilius puto, & magis pium quod sit confessio totalis & valida. Si enim damus confessiones dimidiatas propter obliuionem, vel propter casum reseruatū: quare non dabimus etiā propter impotētiam istius? Proderit ergo illa confessio & ex attrito faciet contritū.

164  
Cōfessio  
dimidia-  
ta in ne-  
cessitate  
valida.

Quæritur, vtrum virtute absolutionis remittantur peccata etiam non confessa in particulari? Respon. quod sic, omnino eadem ratione, si ex opere operato habet absolutio remittere peccata, non est dubium quin remittantur illi, quia confitetur modo quo potest: sicut de peccato dubio de quo cōfiteor cum dubitatione, remittitur mihi, esto illud fecerim. Et confirmatur, quia alias frustra esset cōfessio in generali, accuso me de alijs quorum memoriam non habeo, cuius cōtrarium habet communis usus piorum hominum.

165  
Peccata  
nō cōfessa  
an remittantur  
in cōfessione.

Quæritur, vtrum liceat in confessionibus generalibus de peccatis aliās cōfessis, dimidiare confessionē, & dimittere aliquod turpe dicendo reliqua? Videtur quidem quod nē, quia

166  
An in cōfessionibus generalibus, si

## De Confessione.

ceat di-  
midiare  
cōfessio  
nem de  
peccatis  
cōfessis.

integritas cōfessionis est de iure diuino, ergo non licet celare aliquod peccatum. Respondeo, quod non licet celare aliquod peccatum mortale, & si celatur non est confessio, sed fictio circa materiam principalem sacramēti. Non est dubium quin si quis velit generaliter cōfiteri dicat sacerdoti quod vult generaliter cōfiteri de omnibus peccatis suis, si celet aliquod, peccat mortaliter, quia est fictio manifesta circa principalem materiam sacramēti, & inētitur perniciose, & decipit confessorem. Dico tamē quod pœnitens potest ex peccatis iam confessis eligere aliqua quæ cōfiteatur aliquibus prætermiſsis, si non decipiat confessorem dicens illa esse peccata totius vitæ suæ. Nec ad confessionem generalem requiritur tanta consciētiae examinatio: & consequenter potest fieri per plures dies, vt scilicet hodie cōfiteatur quinq; peccata, cras sex, &c.

167

An q nō  
impleuit  
pœnitentiam  
tenetur  
iterare cō  
fessionē.

Quæritur, vtrū ex defectu satisfactionis, puta quia non impleui pœnitentiam mihi iniuctā a cōfessore, sit iterāda confessio? Multi summis tenēt quod est iterāda, inter quos Sylu. verbo cōfessio. primo. §. 3. Quia quomodo imponet pœnitentiam oblitam vel neglectam qui non audierit de nouo peccatum. Sylu. allegat Ricardum pro se, quē non vidi nunc. Allegat etiam Paludan. sed potius videtur tenere

Oppositum. Respondeo igitur ad quæstionem sine quocunque dubio & scrupulo absolute, quod talis confessio non est iteranda propter pœnitentiam oblitam, velex malitia neglectâ. Patet, quia confessio præcedens fuit iam valida, & per consequens fuerunt remissa peccata: ergo quicquid postea sequatur, non efficiet cã inualidã ac iterãdam. Et ita tenet Maior. 4. d. 17. q. 6. dubio ultimo. Dicemus tamen aliquid de hoc in materia de satisfactione.

Quæritur, vtrum si aliquis confiteatur sacerdoti ignorãti quod sit peccatum mortale (sunt enim aliqui in mundo) teneatur iterare cõfessionem? Respon. primo, quod si pœnitens est doctus quantum ad hoc quod scit quale sit mortale, & quale veniale: parum refert qualis sit cõfessor, doctus scilicet, an indoctus, nec tenetur iterare confessionem. Verum est tamẽ quod si cognosceret confessorem nescire discernere inter peccatum & peccatum, debet illum instruere dicẽs, hoc non est mortale, hoc sic: aliã confessio non esset valida. Nam si ego dicerem, ego occidi hominem, sed bene feci, quia ille occiderat patrem meum, non esset cõfessio. Sic quoque confessio nõ est quando cõfessor audiens non intelligit esse peccatum mortale. Si verò tam pœnitens quam cõfessor ignorent, si ista ignorãtia sit circa ea quæ com-

168

an q con  
fiterur sa  
cerdoti  
ignorant  
si satisfi  
ciat præ  
cepto.

## De Cōfessione.

muniter ignorantur, talis non impedit: nulli enim cōtingit inter omnia peccata scire de quo liber, an sit mortale, vel nō. Si autem ignorātia sit tanta quod sit eorum quæ à paucis ignorantur (vt quod iuramentū falsum, vel quod vindicare se de iniuria accepta nō sint peccata) crederē profecto quod teneretur iterare cōfessionē. Quia cōfessor non intelligit peccata illius, ergo ille non cōfiteatur. Nā quomodo imponet pœnitentiā, aut quomodo absoluet eū? Et hæc est communis opinio. Non oportet tamē formare nouos scrupulos, nam raro cōtingit talis sacerdos cōfessor. Satis est enim quod confessor sciat cōmunia scilicet homicidium, furtū, & c. esse peccata, & quod sciat dubitare.

169  
Confessio  
ne nō ad  
uerente  
ad pœni  
tētis pec  
cata, an  
iteranda  
sit cōfessio.

Sed queritur, an si cōfessor alioquin sapiens, non aduertat ad peccata pœnitētis, cōfessio sit valida? Respō. quod sine dubio ex quacunque causa confessor non aduertat peccata pœnitētis, confessio est iterāda. Sed tamē pœnitēs potest ignorare inuincibiliter an confessor audierit, vel non. Si tamen contaret aliquo pacto, quod confessor, vel non audiuit, vel non intellexit peccata, omnino tenetur iterare cōfessionem: quia prior fuit nulla.

170  
Peccata  
semel cō-

Queritur, an liceat confiteri peccata semel confessa: & si sunt, an confessio secunda sit sacramētum? Respondeo, quod de hoc sunt opinio



niones. Scot. 4. d. 18. ad primum dicit quod sic hoc est, quod talis confessio est valida, & meritoria: sed tamen ibi non est sacramentum aut aliqua virtus clauium, quia non potest eadem forma replicari super eadem materiam: impossibile est enim vt eadem forma informet pluries eadem materiam. Itē iudicium semel rite factum non potest infringi, ergo non debet iterari (como se puede pleytear vna senténcia en grado de reuista confirmada?) Contrarium tenet S. Tho. Bonauentura, Marsilius, Gabriel, Alexand. & Maio. & omnes quos mihi contigit videre. Et probatur, peccata oblita sunt absoluta sacramentaliter, & tamē cum veniūt ad memoriam sunt necessario confitēda, & debet homo ab illis absolui: ergo non inconuenit, quod quis absoluat bis ab eodem peccato. Nota igitur pro hac opinione, quod potestas clauium data est ecclesiæ ad remissionem peccatorum, non solum ad remissionē culpæ, sed etiam ad remissionē pœnæ. Cū ergo illa potestas maneat in ecclesia post primā absolutionem, & remanet etiam reatus pœnæ in eo qui iam est confessus, sequitur quod secunda confessio valebit ad remissionem peccatorum & pœnæ. Maximum argumentum pro hac parte est consuetudo bonorum, qui sæpe confitētur eadem peccata. Et ad argumētum Scoti, nego

confessio, an  
possim  
iterum  
confite-  
ri.

quod

## De Confessione.

quod eadem forma non possit replicari super eadem materiam: nam cum eadem aqua possunt baptizari ceterum. Item illo dato, peccata sunt materia remota, sed peccata confessi sunt materia proxima: vnde si in eadem confessione absolueretur bis, absolutio secunda nihil omnino valeret. Sed in pluribus confessionibus quare non erit valida?

171  
Confite-  
ri per nū-  
cium au-  
sit licitū?

Quæritur, an possit aliquis confiteri absenti sacerdoti per nūcium, puta quia est in carcere, & non datur aditus sacerdoti? Respō. quod nullus tenetur isto modo confiteri. Quia forū confessionis debet esse secretum, & nemini tenetur homo reuelare peccata nisi sacerdoti. Secundo dico (licet Paluda. videatur dicere contrarium 4. dist. 17. q. 2.) quod non est licitū hoc modo confiteri, nec talis confessio si fiat potest esse sacramentalis, nec sacerdos potest talem absolvere: nec est rationi cōforme. Quia confessio debet esse forū secretissimum: nā licet non sit de essentia confessionis quod sit secreta, tamen quia sacramenta non sunt contra legē naturæ, secundum quam non licet publicare peccata, ideo confessio fit secreta, & nō ratione clauium. Ratio igitur quare talis non potest absolui est, quia re vera non confitetur: confitetur quidem internuncius: internuncius tamen non confitetur, sed est testis. In foro cō-

ten-

tentioso sufficeret illud, quia non posset retractari, & si retractaret, non crederetur. In confessione verò sic, quia semper manet libertas ad confitendum: quando enim nuncius loquitur sacerdoti, potest pœnitens se retractasse, ac proinde non potest absolui: nec confiteri modo prædicto. Non dubito de hoc.

Quæritur, an per interpretem possit quis confiteri sacerdoti præsentem? Respon. primo si sit aut ad dubiũ præcedens, quod homo nõ tenetur sic confiteri. Quia non tenetur pœnere peccata sua, in tali autem casu manifestat ea interpreti, ergo non tenetur. Secũdo dico, quod potest licite eo modo confiteri. Sed contra, quoniam talis non confiteretur sacerdoti: sicut dicebamus de eo qui cõfiteretur per internunciũ, ergo talis confessio non est valida. Respond. quod est differentia clara. Quia quando internuncius refert peccata sacerdoti, pœnitens se habet mere negative, & non est præsens. Per interpretem autem signo & nutu actualiter ostendit pœnitens, & ipse dicat sacerdoti quod interpretes dicit: & sic est verum sacramentum. Et interpretes omnino tenentur occultare peccata quæ audiunt.

Quæritur, an aliquis possit cõfiteri per scripturam, in maxime quãdo non potest voce? Palu. 4. d. 17. q. 2. & Major. 7. d. 27. q. 1. dicunt quod si sit

172  
Cõfessio  
an licite  
possit p  
interpre  
tem.

173  
Confite-  
ri p scri-  
pturam,  
an liceat.

cer-

## De Confessione.

cerdos fit præfens, qui non potest voce, tenetur scripto confiteri. Sed dico cum Caietano, Scoto, & Ricardo, quod talis non tenetur sic confiteri. Quia nemo tenetur perdere peccata sua extra confessionem, talis autem proderet peccata: quia ex natura rei scriptura manet transacta confessione, ergo non tenetur: præcepta enim Christi debent esse suauia. Sed utrum possit confiteri scripto, dubium videtur. Nam scriptura & nuncius in hoc conueniunt, quod scriptura non est confessio, quamuis posset qui dat scriptum annuere, quod confitetur illa peccata scripta, & iam videtur quod esset idem iudicium sicut de confessione per interpretem quæ est vera confessio. Et tandem ita credo & teneo, quod licite tunc fit scripto, si signis annuat quod confitetur illa. Sine necessitate verò à potente loqui non reciperetur talis confessio. Quia inter signa voces obtinuerunt principatum, & magna irreuerentia esset confiteri scripto. Muti autem si possunt confiteri nutibus non manifestando alijs peccata tenentur confiteri. Caieta. in summa, ponit modum quo tales possent confiteri. s. vt peccata scribantur in vna charta, & in alia numerus peccatorum, &c. Sed credo quod non tenentur illo modo confiteri meo iudicio.

confiteri circumstantias peccatorum, quo reuelentur cōsortes? V.g. commisi incestum cū matre, caratus cognoscit me & matrem meam, an teneat confiteri illam circumstantiam, quæ quidem non potest dici sine reuelatione personæ consortis in crimine? Respondeo ex sententia omnium, quod talis tenetur quærere aliū confessorum qui non cognoscat matrem, quia multum noceret matri talis confessio: ac proinde nimis cauere debent pœnitentes, ne in confessionibus aliorum peccata detegant. Si vero nō inueniatur confessor ignorās talem personam, dico (quanuis aliqui voluerunt dicere quod tunc non tenetur dicere illam circumstantiam personæ) ex sententia S. Thom. Bonauenturæ in. 4. d. 21. & Gabrie. 4. d. 17. q. 1. conclusione. 5. quod talis tenetur confiteri circumstantiam illā, & omnes alias circumstantias necessarias, esto confessor veniat in notitiā tertię personæ. Quia præceptum de confessione est maius quā præceptum de seruanda fama alterius, & ego vt iure meo: maxime quia nō diffamo cōsortem, cum sacerdos teneatur peccatum incum & suū æque celare. Imò Bonauentura dicit, quod si sacerdos sit talis de quo æstimatūr quod non nocebit sed proderit, pœnitēs possent ei dicere personam, etiam si alias nesciret vt adhiberet remedium.

tem peccari an possim, reuelare in confessione.

## De Confessione.

179  
Circum-  
stantiæ  
peccato-  
rum.

Quæritur, quæ circumstantiæ sint necessario  
confitendæ. Resp quod triplices sunt circumstã  
tiæ. Quædam minuêtes peccata, aliæ quæ gra  
uât peccata, alia verò quæ nec grauant, nec mi  
nuunt, quas quidem antiqui nō vocât circun  
stãtiarum: vt si peccauit noctu, vel in die, & propte  
rea ista dimittatur. Primæ circumstantiæ si ta  
les sint, quod faciât ex peccato mortali veniale  
vel ex peccato non peccatum, confitendæ sunt  
necessario, aliàs esset mendacium. V g. partici  
pare cum excommunicato est mortale, si quis  
autem cum negligentia veniali communicet  
in diuinis, illa circumstantia ignorantia reddit  
peccatum veniale, & ideo est confitenda. Vel si  
rex excommunicatus metu mortis compelle  
ret me celebrare coram eo, talis circumstantia vi  
detur facere de peccato non peccatum, & ideo  
est necessario confitenda. At si huiusmodi cir  
cumstantiæ quæ non tãtum excusant, quod fa  
ciât mortale veniale, vel peccatum non pecca  
tum: vt egestate furari, passione mœchari: di  
cunt aliqui quod esset inelius quod non confi  
teretur. Sed dico, quod si vere sint circumstantiæ  
quæ multum excusant, debent confiteri. Quia  
vnum furtũ potest esse in duplo peius, quam  
aliud, & stuprum ex libidine multo peius est  
quam ex timore mortis. Tales igitur circumstã  
tiæ confitendæ sunt, non ad excusanda peccata  
de-



delictave, sed ad confitendum ea pure & nude.

Sed tota difficultas est de circumstatijs aggrauatibus, quæ quidem sunt in duplici differentia. Quædam enim mutant speciem: sicut furari vel occidere in ecclesia, fornicari cum virgine, vel fornicari in ecclesia: est dubium an tales sint necessario confitendæ? Respondet S. Tho. 4. d. 17. & Bonauentu. Paluda. Syluester, & est comunis sententia, quod illæ circumstantiæ quæ mutant speciem sint necessario confitendæ. Quia peccatum habens illam circumstantiam, æquiualeter est duo peccata. Furtum enim per se est peccatum, & iniuria ecclesie est etiam peccatum per se, & ideò furtum in ecclesia æquiualeter duobus peccatis, & ob id est necessario talis circumstantia confitenda. Itò fornicatio est peccatum, & iniuria viri est peccatum, & ideò fornicatio cum uxorata æquiualeter duobus peccatis, ac proinde talis circumstantia est necessario confitenda: & sic de similibus. Item probatur, per illa peccata franguntur duo præcepta ecclesie: furtum enim in ecclesia est primo contra præceptum de non furando, & etiam contra præceptum cultus diuini, ergo circumstantiæ istæ sunt necessario confitendæ. Aliæ uerò sunt circumstantiæ aggrauantes quidem, sed non mutant

170  
Quæ circumstantiæ confitendæ.

## De Confessione.

speciem, & tales nō sunt necessario confitēdæ: quia aliās nunquam posset homo pure & integre confiteri. Marfil. 4. d. 12. & Gabriel. 4. d. 17. & Maior. ibidem dicunt primo, quod oēs circumstantiæ mutates speciem sunt confitēdæ. Secundo dicunt, quod etiam sunt confitendæ aliæ quæ non variates speciem, scilicet quæ faciunt maiorem malitiam mortaliter: tales inquit circumstantiæ necessario sunt confitēdæ. Quia aliās quādoq; cōtingeret, quod maior esset pars malitiæ quæ celatur, quam quæ manifestatur. V. g. ego semel consensi in homicidium, & continuavi consensum per diem integrum, si confiteor, quod consensi semel in homicidium, & taceo tempus continuationis, nōne cel. rem maiorem partem gravitatis? Item furari decē est mortale, furari verō mille est eiusdem speciei cum primo furto: sed nunquid sufficeret dicere, accuso me quod furatus sum, non nominādo quantitatem? Ad hanc igitur quæstionē dico quod ego non auderem cōdemnare eum qui confitetur solas circumstantias mutates speciem. Nam cum illud dicat S. Tho. & Bonaventura, vel est verum, vel ad minus qui sequitur illos excusatur ignorantia invincibili. Secundo dico, quod neini cōsulereim; nec ego esse cōtētus illo modo confiteri, sed confiterer etiam illas circumstantias quæ manifeste multipli-

plicant malitiam mortalem. Sicut in exemplis positus de tempore continuationis, & de quantitate furti: quia alias confessor non intelligeret totam malitiam confitentis. Placet etiam mihi quod Caietan. dicit, scilicet quod aliquæ circumstantiæ mutantes speciem non sunt necessario confitendæ: quando gravitas circumstantiæ est parua. Sicut diuinare per terram est alterius speciei quam diuinare per aquam: & tamen sufficit quod dicat, Accuso me que fuy superlicioso vsq; ad peccatum mortale. Credo igitur necessariū confiteri magnitudinem rei furatæ, & continuationem in peccato.

Queritur, vtrum confessor possit pœnitentem absoluerè contra propriam opinionem? V.g. sit casus de quo sunt duæ opiniones, an sit vsurarius vel non, qui vendit frumētum ad certam diem, porque se lo pague como valiere en Mayo. Quidam dicunt, quod est illicitum, & ego ita credo. Alij tamē dicunt, quod non est illicitum. Sūt pro vtraque parte probabilitates, ego tamen suam opinās quod sit illicitum: & pœnitēs tenet, quod non est illicitum, & sic constetur quod vendidit frumētum illo modo, & quod habet propositum ita deinceps faciēdi, quia audiuit viros doctos dicētes, quod id licet. Est dubium quid faciet hic confessor qui tenet illud esse mortale, nūquid poterit absolue-

177  
Cōfessor  
an possit  
absolue-  
re cōtra  
propria  
opinio-  
nem.

## De Confessione.

re eum contra propriam opinionem? Sit aliud exemplum, Si iudex sequens opinionem S. Thome occidat hominem quem ipse certo scit innocentem, probatum tamen nocentem, & confessor sit opinionis Nicolai de Lyra, qui tenet id non licere: vtrum possit absolvere iudicem volentem semper in illa opinione persistere? Est magna quaestio, & mouet eam Conradus celebris doctor tractatu de contractibus, quæst. vltima. Et ante omnia quaestio hæc habet locum, quando ambæ opiniones sunt probabiles: nam si opinio penitentis non habeat probabilitatem, non debet eum absolvere: quia eius ignorantia non est inuincibilis, sed vincibilis. Vt si ego tenco opinionem quod nemo potest possidere plura beneficia simul, si opposita opinio non sit probabilis sicut forsitan non est, clarum est quod non debeo eum absolvere: quia puto eum esse in peccato mortali & non excusatur ignorantia inuincibilis. Sed quid faciet quando ambæ opiniones sunt probabiles & habent suos proprios assertores? Respondet, quod siue sit eius proprius sacerdos, siue non, tenetur eum absolvere in tali casu. Ita tenet Paluda. 4. d. 17. q. 2. ar. 1. Et Gotfridus quodlibeto. 9. Probatur aperte, talis penitens est in gratia, & confessor habet probabilitatem quod sit in gratia quia scit esse probabilem eius opinionem, ergo non debet ei negare absolutionem.

Quæritur, an numerus peccatorum sit necessaria cōfiteendus? Resp. ex omnium sententia quod sic: licet multi confessores parum de hoc curerent. Probat, quilibet tenetur cōfiteri omnia peccata sua: sed qui non cōfiteretur numerum, non confitetur omnia peccata sua, ergo tenetur eum confiteri: aliàs esset fictio. Sed vtrum iste numerus sit determinate dicendus, puta si iuratus sum decies, iuravi falsum millies, &c. Caietanus respondet, quod numerus peccatorum ideò manifestari debet, vt sciat confessor à quo debet absolueret, & qualitatem penitentis: & quia ad hoc parum præstat quod cōfessor sciat an sint decem vel vndecim, ideò non est exquisite numerus perquirendus. Dicendum ergo primo, quod quicumque sciuerit determinate certum numerum peccatorum suorum: vt si certo sciat quod peccauit decies tenetur dicere determinate se decies peccasse hoc peccato. Quia aliàs celaret aliquod peccatum & esset fictio: vt si diceret se fecisse aliquod peccatum nonies, & scit certo quod fecit decies. Secundo dicit Caietanus, non esse necessarium magnam adhibere diligentiam ad cognoscendum distincte certum numerum peccatorum. Cogitat aliquis, & scit se falsum iurasse multoties, semel in qualibet septimana, parum plus vel minus: & si amplius pēsaret & fatigaret se, posset reperi-

178  
Numerus  
peccatorum  
necessario  
confiteendus.



## De Confessione.

re certum numerum, dico quod illud nō est necessarium. Nam quomodo parum plus vel minus attingat numerum peccatorum, licet non determinatum, nihil impeditur eorū quæ sunt in cōfessione faciēda. Non enim impeditur absolutio, quia sufficit illa notitia. Nec pœnitētia, quia non est imponēda ad æqualitatem, cum sit arbitraria. Nec cōsiliū, &c. ergo nihil impeditur. Satis est igitur quod quis pertingat numerum crasso modo parū plus vel minus. Præcepta enim Dei debent esse clara, is verò qui sepe solet peccare, non posset scire numerum determinatum. Tertio dicit etiam aliquando nō est necesse adhibere diligētiam ad sciēdum numerum etiā sic crasso modo. V.g. est meretrix quæ fuit in lupanari decem annis, nunc cōuertitur & vult confiteri, satis est quod dicat peccata fornicationis hoc modo, mansi in lupanari per decem annos admittēs cūctos: nec oportet quod cogitet quot in hebdomada, mēse, aut anno. Patet, quia per hoc cōfessor habet tantā notitiam, quātam illa potest ei dare. Quid enī refert, quod illa dicat se peccasse triginta mille vicibus? Et idem de concubinario qui habet feminam per annū qualibet nocte, nō est opus quod numeret vices: nec expedit illud dicere. Item de illis qui frequētissime blasphemant. Satis est quod dicāt hāc esse suam cōsuetudinem:



nem: ne faciamus eos mentiri. Et eodem modo de circumstantia magnitudinis rei furatæ, nõ est opus, quod sciatur pũctualiter. Non dubito de hoc.

Quæritur, si quis cõfiterur se peccasse decies vel duodecies, nõ recordatur tamẽ tũc nisi decem, & postea recordatur distincte alterius peccati, an teneatur illud cõfiteri in particulari? Respõdeo quod nõ, si includitur in numero prius dicto. Quia si tunc quãdo confessus fuit ineminisset illius, sufficeret dixisse, iuravi falsum duodecies parum plus vel minus. Si autẽ dixit, iuravi falsum decies, & postea sit memor quod iuravit quatuordecim, tenetur cõfiteri ea quæ numerum prius dictum excedũt.

Quæritur, an modus secrete cõfiteñdi soli sacerdoti, sit alienus ab institutione & mandato Christi. Respõdetur negativè, & ita firma fide tenendum est, sic enim dicitur in cõcil: Tri-  
denti. sessio. 14. de pœnitentiã. cano. 6. cuius hæc sunt verba. Si quis dixerit modum secrete cõfiteñdi soli sacerdoti, quem ecclesia catholica ab initio semper observavit & observat, alienum esse ab institutione & mandato Christi, & inuentum esse humanum, anathema sit.

Quæritur, an absolutio sacramentalis sacerdotis sit actus vere & realiter iudicialis, hoc est vere & realiter præstãs & efficiẽs realem abso-

lutio.



## De Confessione.

lutionem, vel nō, sed dūtaxat declaret pœnitentem iam esse absolutū. Respondetur firma fide tenendum esse quod sit actus vere & realiter iudicialis, hoc est vere & realiter præstāt & efficiēs absolutionem quantum est ex se. Hoc patet, quia ita diffinitur in concil. Tridenti. vbi supra, cano. 6. cuius verba sunt. Si quis dixerit absolutionem sacramentalem sacerdotis non esse actum iudiciale, sed nudum ministerium pronuntiandi & declarandi remissa esse peccata confitenti, modo tātum credat se esse absolutum, aut sacerdos non serio sed ioco absoluat, anathema sit.

182  
601

Quæritur deinde, an sacerdos possit sacramentaliter absolvere pœnitentem cuius confessionem non audiuit? Respondetur negative. Et ita firma fide tenendum est, quoniam sic diffinitum est in cano. 9. proxime allegato, his verbis. Si quis dixerit non requiri confessionē pœnitentis, vt sacerdos eum absolvere possit, anathema sit.

183  
Confessionis si  
gillū ne  
cessariū.

Quæritur, vtrum sigillum confessionis sit necessarium? Resp. secundum omnes doctores 4. d. 21 quod sacerdos tenetur ad sigillum confessionis, ad celanda peccata quæ in confessione audiuit sub pœna peccati mortalis. Probat̃ur primo ratione naturali, quia facerē illi iniuriam. Item, quia in c. Sacerdos, de pœnitentijs,

d. 6.

¶.6. phibetur omnibus sacerdotibus reuelare peccata, & apponitur pœna grauisissima oppositum facientibus, scilicet, vt omnibus diebus vitæ suæ ignominiosus peregrinâdo pergat. Et sunt verba Gregorij. Idē habetur cap. Oīs vtriusq; sexus, de pœnitētijs & remissionibus. & dicitur, quod qui non celauerit, deirudatur in arctissimū monasterium, vbi perpetuam faciat pœnitentiam Et quia si in hoc daretur aliqua exceptio, tolleretur confessio: nemo enim auderet confiteri peccata graua. Idcirco propter nullū bonū quodecunq; sit illud, licet sigillum confessionis frangere: quia nullum potest esse æquale bonum, nec tam necessarium vt est confessio.

Sed quid faciet cōfessor cū interrogatur de peccato quod audiuit in cōfessione, an possit dicere se nescire? Resp. secūdum oēs, quod sic. Sed quid si cogatur iurare? Dico quod potest & debet iurare se nescire, quia intelligitur se nescire extra cōfessionē, & sic verū iurat. Sed fac quod iudex, vel p̄latus ex malitia, exigat à me iuramentum an sciam in cōfessione? Respon. quod coactus iuret se nescire in confessione, quia intelligitur se nescire ad reuelandum, aut taliter quod possit dicere. Sed cōtra, si iuret se scire in cōfessione iuraret verum, ergo cū iurat se nescire in confessione iurat falsum:   
 quia

183  
Peccata  
in cōfessionē  
audita possumus  
iurare non  
scire.

## De Confessione.

quia sunt cōtradiētoriz. Respō. quod nō sunt cōtradiētoriz. Quia in illa negatiua intelligitur conditio subintellecta, scilicet quod nō scit tali modo quod possit illud dicere.

185  
Error in  
confessio-  
ne factus  
quo mo-  
do repa-  
randus si  
ne fracti-  
one sigil-  
li.

Quæritur, si cōfessor ex ignorātia absoluit aliquem quem nō poterat aca su reservato, vel ab excommunicatione, vel si oblitus est eum absoluerē, quomodo reparabitur defectus cōfessionis sine reuelatione. Nider in suo cōfessionario dicit, quod in cōcil. Constātūsi, vel Basiliēsi fuit inter patres hæc quæstio tractata, & quod tūc fuit varia sentētia. Ego dico cum distinctione, quia vel cōfessor timet probabiliter scādalum reuocādo pœnitētem, & quod conqueretur de reuelatione confessionis: & in tali casu relinquēdus est: quia si habuit cōtritionē erat in gratia. Si autem nō timetur, quod pœnitēs dicet se non fecisse tale peccatum, & quod non conqueretur de reuelatione confessionis, dico sine quocunque scrupulo, quod possim illū reuocare ad cōfessionem & absoluerē. Sed cōtra, quia obijcit peccatum extra cōfessionē. Respōdeo, quod non facio ei iniuriam si dicā, tu confessus es mihi alia die, redeamus ad confessionem, quia volo tibi dicere vnum verbū quod expedit tibi. Si nō lit, dimittatur. Si autē acquieuerit, dicam ei, confitearis peccata in generali, & si aliqua alia fecisti contiteri ea, quia

fe-

feci talem defectum in alia cōfessione. Et probo quod hoc liceat: quia vt infra dicemus, de pœnitentis licentia licet reuelare peccata eius alteri, ergo multo melius sibi ipsi, vel formaliter, vel interpretatiue si dederit licentiam: vt sibi beneuole audiat me dicēte sibi, scias quod in cōfessione præterita fuit defectus quidam commissus, vis illum audire? Si dixerit quod sic, sine quocunque scrupulo dicatur ei, scias quod eras excommunicatus, & ego non potui te absoluerē, &c. Paluda. in fine, dist. 21. ampliorē concedit licentiam, dicēs quod non solum quādo fuit commissus defectus in confessione, sed etiam ratione correctionis fraternæ possū secreto admonere illum de peccato semel confesso mihi. Sed credo certe quod est falsum omnino, & quod nullo modo licet.

Queritur, an quādo peccatum quod in cōfessione audiui est publicum, teneat illud silere? Respōdet Caieta. in summa, quod de tali peccato possum loqui post confessionem eodē modo sicut ante: debeo tamē procedere postea cautius, & nullo modo dicere quod scio illud in confessione, quia redderem audiētes certiores. Sed quid si a confessore petat quis, an ille fuerit confessus illud peccatum publicum? Respondeat confessor, confessus est omnia peccata sua. Potest etiam dicere, absolui illum, quia

186  
Peccatū publicū in cōfessione auditū, an possim reuelare.

per



## De Confessione.

per hoc nihil reuelo. Admonet tamé Caieta:  
bonum esse quod quando peccata sunt publi-  
ca, perat facultatem confessor à pœnitente ad  
loquédum de eis ad bonum finem. Sed quid si  
vsurarius iactet se, quod absolui illum cum nō  
sit verum. Nam si dico quod sic, mentior. Si au-  
tem dico quod non absolui eum, reuelo confes-  
sionem. Dicat confessor quid ad vos? ego feci  
officium meum. Sed quid faciet proprius sacer-  
dos petentibus eucharistiam concubinz, vel  
vsurario, quos non audiuit de cōfessione? Res-  
pondeo, quod non det illis. Sed quid si dicant  
confessi sumus tali fratri, & interrogatus fra-  
ter non audet dicere quod non absoluit, ne eo-  
rum statum reuelet, nec quod absoluit ne men-  
tiatur? Respondeo absolute, quod si sint pecca-  
tores publici, debet eis eucharistiam negare.  
Quod si fuerint confessi cum proprio sacer-  
dote & non absoluti, & nihilominus petant  
eucharistiam, dico etiam quod debet eis nega-  
re, & si dixerint, & iam tu absoluiti nos, dicat  
ego nescio de hoc.

187  
Peccata  
in cōfes-  
sione au-  
dita reue-  
lare pos-  
sumus de  
pœniten-  
tis licen-  
tia.

Quæritur, vtrum de licentia pœnitentis li-  
ceat confessionem reuelare? Alexander & Sco-  
tus. 4. d. 21. q. 2. 1. & Durandus ibidem dicunt quod  
non licet. Quia sigillum confessionis est de  
iure diuino, ergo pœnitēs non potest dare licen-  
tiam. Item quia esset scandalum. Sed respondeo  
ab-



absolute, quod pœnitens potest dare licentiã, cõ  
fessor tamen non potest accipere, aut reuelare  
confessionem in detrimentum pœnitentis qui  
sibi talem facultatem dat.

Queritur, vtrum alia quæ in confessione  
sciuntur præter peccata cadant sub sigillo con  
fessionis? Respondeo, quod sub sigillo arctissi  
mo confessionis non cadunt nisi peccata pœni  
tentis, vel tertix personæ: & solum huius sigil  
li fractor incurrit pœnas canonicas. Secundo  
dico, quod sub sigillo confessionis cadunt om  
nia alia quæ expresse, vel interpretatiue pœ  
nitens tradit sub sigillo confessionis: vt si di  
cat, accipiatis hoc sub sigillo, & qui hæc reue  
lat, credo peccaret mortaliter: propter detri  
mentum quod faceret sacramento: redderet  
enim confessionẽ fraudulosam. Non enim om  
nes intelligunt hanc differentiam sigilli maioris  
vel minoris. Ideo confessor sit cautus, vt taceat  
omnia illa quæ sunt alicuius grauitatis. Alia  
verò quæ non sunt de necessitate confessionis  
nec referunt pœnitenti, quod reuelentur, non te  
netur celare: sed tamen non dicat se in cõfessio  
ne audisse. Breuiter in hac parte, mas vale ser  
corto que largo.

Queritur, an in cõmuni liceat reuelare pec  
cata audita in cõfessione, taliter quod nec dire  
cte, nec indirecte pueniãt in notitiã pœnitentis?

V.g.

188  
sigillum  
confessio  
nis, an se  
extendat  
ad alia  
quam ad  
peccata.

189  
Peccata  
in confes  
sione au.

## De Confessione.

aita, an  
liceat in  
commu-  
ni reue-  
lare.

V.g. si dicam, quidam confessus est mihi semel hoc peccatum. Respon. quod hoc non est reuelare confessionem. Quia re vera multi viri sancti hoc fecerunt: maxime doctores qui ponunt casus quos in confessione audierunt. Secundo dico, quod melius est hoc raro facere. Sequuntur enim quandoque scádala ex istis. ideo abstineát sacerdotes ab his narrationibus.

190

Secreta  
extra co-  
fessionem  
sub sigil-  
lo cōme-  
data quomodo ob-  
ligent.

Quæritur, de illis qui committunt alijs secreta sub sigillo confessionis, an tale sit secretum confessionis? Respond. quod qui recepit tenetur servare illud secretum plusquam alia. Quia ex pacto additur novum vinculum, & per consequens dico non esse conveniens, quod homines sæpe recipiát talia secreta. Secundo dico, quod illud non est sigillum confessionis, nec frangens illud incidit in pœnas canonis. Quia ibi nulla iniuria fit sacramento, cum nullum fuerit sacramentum: licet frangatur fides. Notandum est etiam quod ea quæ dicuntur de sigillo confessionis, intelliguntur de quacunque confessione, siue perfecta, siue non, siue incepta, siue non, & de omnibus illis quæ ordinantur ad confessionem, vel facultatē ut ab illo absolva-tur à reservatis, non potest ille plus reuelare, quam si iam accepisset in confessione.

191

Confes-  
sio voca-

Quæritur, vtrum cōfessio vocalis quæ est in ylu ecclesiæ sit instituta à Christo? Antiquus

tus

tus quando erant tempora meliora, non tantū hæc quæstio iactabatur: quia tempore pacis arma non sunt in tanto pretio & vsu. Nunc verò quia iam sunt hæretici qui negēt confessionē propter peccata nostra, oportet quod simus ad hoc bellum armati. Idcirco quæritur, an confessio sit de iure diuino? Respō. ex sentētia omnium doctorum quod sic. Patet ecclesie claves sunt ad remittēda peccata, secūndum illud Matthæi. 16. Tibi dabo claves regni cœlorum, & quodcunq; solueris super terram, &c. Sacerdotes autem habēt has clauēs, & sunt iudices peccatorum, iudices verò non possunt iudicare nisi causam cognoscāt, ergo alij tenētur subdere se huic iudicio, aliàs frustra esset illa potestas, hæc autem subiectio fit per cōfessionem, ergo de iure diuino tenentur cōfiteri. Item Iacob. 1. Cōfitemini alterutrum peccata vestrā. Quod Augusti. Beda, & alij sancti, & Hugo de sancto Victore, lib. 2. de sacramentis, per. 14. cap. intelligūt de præcepto confessionis. Item (& hic est tota vis secundum Adrianum & veritatē) Ioā. 20. Quorum retinueritis retenta sunt. i. quorū peccata non absolueritis, non erūt absoluta ante Deum: ergo secūndum Euangelinū debēt cōfiteri & absolui in terra. aliàs non erūt absoluta in cœlo. Hic est locus validissim⁹, & quod omnes sancti hoc dicāt in comperto est. Vide Tho-

lis est à  
Christo  
instituta

## De Confessione.

nam Vualdense in lib. de sacramētis, & Rossense colligētes dicta sanctorum omniū. De hac confessione necessario sacerdoti faciēda, multa egregia apud vtrunque inuenies. Et cognosces, an expediat has ecclesię colūnas sequi potius, quam nouos istos grammaticos. Opinor neminē vique adeo cęcū & insanum esse, qui ob vnus Lutheri amentiam velit tanto discrimini seipsum exponere, quatenus ea peccata quę vel nouit, vel dubitat esse lethalia, sacerdoti non aperiat. Et maxime cū intelligat antiquissimos simul eruditissimos ac sanctissimos patres tantam confessionis huius necessitatē esse dicentes, vt quicunq; mortaliter deliquerit, cum oporteat, vel publice, vel priuatim sacerdoti sua peccata detegere. Nec facile crediderim patres ipsos hanc vique adeo duram prouinciam nobis imposuisse, priusquam exploratissimum haberent hanc confessionem, aut ab apostolis institutam, aut in sacris scripturis dilucide traditam fuisse: eum rem cūctis peccatoribus apprimē necessariam, & quam contēnere non possent, absque dispendio salutis animarum. Expendat igitur quisquis secū, an tutius fuerit horum patrum simul & scripturarum assertionē admittere, suasque animas a tanto periculo custodire: an Lutherum de confessione impie oblatratem & sentientē, suo capiti dūtaxat

pat, non patrum, aut scripturarum testimonio  
innixum sequi, & cum eo funditus perire.

Notandum etiã de cõfessione, quod beatus  
Renanus in annotationibus quas fecit super  
Tertullia, dicit se esse naçtũ librum quendam  
antiquissimum Conciliorum, & inter ea dicit  
fuisse vñum factum antequam esset institutũ  
ab ecclesia ieiunium quatuor dierum ante do-  
minicam primam in Quadragesima, quod sic  
habebat. Presbyteri debent admonere plebem  
sibi subiectam, vt omnis qui sentit mortifero  
peccatum vulnere sauciatus, feria quarta ante  
Quadragesimã cum omni festinatione recur-  
rat ad viuificatricem matrẽ ecclesiã, vbi quod  
male comisit, cum omni humilitate & cordis  
contritione simpliciter confessus, suscipiat me-  
dia pœnitentiæ secundum modum canonicis  
authoritatibus præfixum non solum autem il-  
le qui mortale aliquid cõmisit, sed etiã omnis  
homo quicumque se cognoscit immaculatam  
Christi tunicam quam in baptismo accepit  
polluisse, ad proprium sacerdotem festinet  
venire: cum puritate mentis omnes transgres-  
siones: omnia peccata quibus Dei offensam  
incurrisse meminit humiliter confiteatur, &  
quidquid à sacerdote fuerit iniunctum, ac  
si ab ipso omnipotentis ore fuisset prola-  
tum, ita diligentissime attendat & sequatur.

192  
Cõfessio  
olim fie-  
bat in  
princi-  
pio xl.

## De Confessione.

hæc ibi. Idem habetur in pœnitentiario Romano quod creditur profectū ab apoliolis ipsis, vbi dicitur. Hebdomada ante quadragesimam confiteantur omnes. Iste erat conuenientissim⁹ modus, & multo melior, quā qui nūc est, quod confitetur in fine quadragesimæ, sic ieiunium non multum eis prodeit. Optimuin esset si posset reuocari ista consuetudo, nos tamē nō possumus illam reuocare. Sed peculiare possent suos pœnitentes admonere quod confiteatur ante quadragesimam.

193  
Cōfessio  
an teneatur  
interrogare  
pœnitentem.

Quæritur, an sit necessarium vt cōfessor interroget pœnitentem? Respōdeo priūdo quod est necessarium vt confessor plerūque aliquid interroget. Patet, nam vt supra diximus, si pœnitens non fecerit aliquam consciētiz examinationem, confessio non solū erit inualida sed etiam mortalis. Si hoc ex circumstantijs appareat, debet confessor interrogare, an examinauerit conscientiam suam: & si dixerit quod nō, non audiat eum. Si non timeantur maiora mala, videlicet quod pœnitens nunquam cōfitebitur, tūc enim interroget sacerdos. Oportet enī quod cōfessores non mittant pœnitētes in desperationem. Omnes sancti, & S. Tho. ita consulant. Quando ergo confessor videt has circumstantias, necessariū est interroget. Et si est probabile confessori, quod pœnitens dimittit ali-

quod



quod peccatū, tenetur interrogare de eo: quia tenetur quantum poterit non solum ad absol- uendum, sed etiam vt pœnitens recipiat gra- tiam, quam quidem non reciperet, si ex magna negligētia aliquod peccatū dimitteret. Dico præterea quod si est mihi probabile quod pœ- nitēs fecerit sufficiētem examinationem, licet credat confessor quod habeat alia peccata præ- ter ea quę dixit, si commode potest interroget: sed non tenetur tūc interrogare: sunt enim ali- qui ( que sacan el alma a los penitentes. ) Suffi- cit quod sit mihi probabile quod confessio sit sufficiens ad consecutionem gratiæ. Probatur, quia pœnitens nō tenetur facere maiorem dili- gentiam quam fecit, ergo nō teneor cum inter- rogare: quare eum v exabo interrogationibus? cōfessor debet laborare vt sit beneuol⁹. Ex his sequitur quod non oportet interrogare pœni- tētem de omnibus peccatis mortalib⁹. Quidā à pueris quærūt, an sint simoniaci, &c. Illi faci- unt confessiones odiosas & superstitiosas. Sed oportet interrogare pœnitētes de peccatis quę probabiliter putantur habere, nec id nimis an- xie. Confessor etiam sit minus cautus interro- gando nō quærens noua peccata, quia poterit ea docere pœnitētem, & scandalizare: maxime circa peccata carnalia, quæ non debet interro- gare nisi ex confessione haberet aliquod indi- cium

## De Confessione.

eium quod habeant illa: tunc enim non debet omitti quæ sunt de essentia confessionis, sed fiat sapienter. V. g. si confessor probabiliter credit penitentem habere aliquod peccatum turpe & verendum, interroget, non aperte, sed dicat, cogitasti aliquando de hoc? Si dicat sic, querat ulterius, & consensisti? si dicat sic, procedat, dicens, & fecisti? quo dicente sic, vel nō, nihil amplius interroget. Sed dimittat alias fabulas.

194  
Circumstantia loci quando confitenda.

Queritur, utrum circumstantia loci sit necessario confitenda? Resp. quod solum in tribus peccatis est necessario confitenda, scilicet in furto, effusione sanguinis, & effusione seminis in ecclesia. Credo quod nō sufficeret si aris in ecclesia ad hoc ut sit sacrilegium, nisi esset de ecclesia. Et effusio sanguinis debet esse notabilis, ut supra diximus. Et si quis habeat in ecclesia volitionem perpetrandi prædicta tria, vel aliquod eorum extra ecclesiam, non est sacrilegus. Si vero extra ecclesiam consentiat in aliquod horum, faciendum intra ecclesiam, teneatur confiteri de hac circumstantia, quia iam fit iniuria loco.

195  
Circumstantia temporis an sit confitenda.

Sed utrum circumstantia temporis necessario sit confitenda, puta peccare in festo? Respondeo absolute, quod non. Ita tenet Caietan Syluest. Nider, & alij. Grauius est peccare in die festo, sed non est gravitas necessaria ad confitendum.

dum. Et confessores debent de hoc admonere poenitentes.

Quæritur, an qui ex industria habet duos <sup>196</sup> Confesso  
confessores, vnum cui omnia confiteatur pec- res duos  
cata, alterum cui leuia duntaxat ad æstimatio- habere,  
nẽ, bene faciat? Respondeo sine dubio, hoc esse vnum p  
facrilegium, & videtur magna fictio, & irridet grauibus  
confessorein faciens credere eum, quod ipse aliũ pro  
sit probus. Et certe videtur mortale, quando leuib9 an  
propter hoc faciat. Non damnarem tamẽ eum liceat.  
qui semel incidit in mortale, non solitus pecca  
re, si confiteatur alteri, ne perdat opinionẽ quã  
habet erga primum confessorein suum.

Quæritur, si quis propter magnam consue <sup>197</sup> Credẽs se  
tudinẽ quam habet peccandi, credit se iterũ peccatu-  
peccaturum: ipse tamen omnino vult cauere, rũ propo  
& proponit non peccare, an sit absoluendus? nẽs tamẽ  
Resp. omnino quod sic. Quia si tunc non esset nõ pecca  
absoluendus, nec etiam quando dubitaret. Ite re, an sit  
iste potest facere quod in se est, & tamen quod absoluẽ  
non possit tollere hanc formidinem à se. Con- dus.  
suetudo enim relabendi non impedit cum ha-  
beat bonum propositum, & nihilominus prop-  
ter experientiam non poterit credere se dein-  
ceps non peccaturũ, ergo. Et hæc de confessio-  
ne sufficiant.

# De Satisfactione.

## Q SE QVITVR DE SA- tisfactione, tertia pœniten- tiæ parte.

198

Reatus  
pœnæ an  
remaneat  
post con-  
tritionē.



VAERITVR, in primis, vtrum  
postquam homo habuit cōtritionē  
de peccatis suis, & confessus est ea, &  
est in gratia, maneat ei aliquis reat⁹  
pœnæ pro quo debeat satisfacere? Respondeo  
quod sic. Et patet 2. Reg. 12. de David, cui post-  
quam dictum fuit, transtulit dominus peccatū  
tuum à te: iniuncta est pœna, vt moreretur puer  
rex Berisabe natus. Et Lucę, 3. Facite fructus dig-  
nos pœnitentiæ, & hoc fit per satisfactionem.  
Et Romæ. 6. Sicut exhibuistis membra vestra,  
&c. quia si in Tyro, & Sidone, &c. Matthæi 11.  
Item ecclesia orat pro mortuis. Et habetur etiā  
2. Machabæo. 12. Vt à peccatis solvantur: & nō  
solum à venialibus, sed etiā à mortalibus, cū  
dicat ab omni vinculo delictorū: ergo post re-  
missam culpam manet reatus pœnæ. Et hoc est  
certum, & de fide.

199

satisfa-  
ctio quid  
sit & quō  
possim⁹  
Deo satis

Quæritur, quid sit satisfactio. Respō. S. Th.  
ex Anselmo quod satisfactio est cōpensatio of-  
fensæ præteritæ ad æqualitatem iustitiæ.

Quæritur ergo, vtrum aliquis possit satis-  
fa-

facere? Respon. quod satisfactio est pars iustitiæ, iustitia autē exigit equalitatem. Et si loquamur proprie de æqualitate vt satisfactio importat reddere æquale, dico quod nemo potest satisfacere. Quia nemo potest reddere Deo æquiuales, etiam si non peccassemus. Nam dijs, parentibus, & magistris, non potest reddi æquiuales, vt ait Aristot. Si verò loquamur de æqualitate proportionabili, quando ego facio quod possum, dico quod hoc modo possumus satisfacere Deo: etiã proprie capiēdo satisfacere, vel si vultis ex beneuolētia acceptatis Ad quaestio- nem igitur cum dicitur, an homo possit Deo satisfacere, dico quod si consideretur homo se- cū dum sua naturalia seclusa gratia, nullo mo- do potest satisfacere pro peccato. Quia quic- quid possum⁹ dare Deo sine gratia, est nullius momenti. Cum etiã omnes iustitiæ nostræ sint coram Deo tanquam pānus mēstruatae, vt ait propheta. Item quicquid possumus facere, de- bemus Deo propter beneficia recepta. 1. Para- lipo. cap. 29. Tua sunt domine omnia, & quæ de manu tua recepimus, reddimus tibi. Et sic sine gratia est impossibile satisfacere Deo ad æqua- litatem. Nec etiam sine gratia ex acceptatione Dei possumus satisfacere. Dicere enim quod Deus acceptat opera nostra, est dicere quod il- la sunt accepta & grata Deo: sed si homo nō ha-  
beat

## De Satisfactione.

beat gratiam, non potuerūt eius opera esse grata Deo: posset quidem Deus remittere sua omnipotentia peccata propter actus excellentis in peccato, sed hæc non esset satisfactio sed condonatio pura, & remissio. Secundo potest homo cōsiderari in gratia Et secundum hanc cōsiderationem, si non habeamus respectum ad passionem Christi, adhuc non potest satisfacere ad æqualitatem. Quia non sunt condignæ passionem huius tēporis ad futuram gloriam. Item quia illa opera sunt nostra, & si habēt fructum est ex parte Dei. Potest tamen talis satisfacere ex liberalitate acceptantis. Si verò consideretur homo in gratia, prout gratia est effectus passionis Christi, sic propriissime & ad æqualitatem satisfacit Deo: si iungamus merita nostra meritis Christi, qui etiam in quantum homo satis fecit ad æqualitatem iustitiæ, & quantitatis.

200  
satisfacere potest vnus pro altero.

Quæritur, vtrum vnus homo possit pro alterius hominis pœna satisfacere? V.g. Petrus post confessionē manet reus ad pœnā vt de eō est dubiū, an ego possim satisfacere pro illo? Resp. ex omnium sententia quod sic. Ita habet usus ecclesiæ. Nihil enim tam naturale est homini, quam vt quilibet vtatur re sua vt vult: quare ego non potero vti hoc ieiunio in eo vt voluerō: vbi hoc phibuit Deus? Possū dare tēpera-



poralia mea, quare non spiritualia. Itē sufficien-  
tissime probatur, ex consuetudine ecclesie in  
qua vnus pro alio satisfacit. Item Colossen. 1.  
dicit. Nunc gaudeo in passionibus meis p vo-  
bis: & adimpleo quæ d: sunt passioni Christi  
in carne mea pro corpore eius quod est eccle-  
sia. Item oratio mea valet alteri ad gloriã, iux-  
ta illud, orate pro inuicē vt saluemini, Iacob. 5.  
ergo etiam ad remittendam pœnam. Et si ora-  
tio, ergo etiam alia opera bona. Itē omnes su-  
mus inuicem inembra: vt dicitur Roma. 12. &  
Ephesi. 8. Sed membra vnus corporis influūt  
inuicem, ergo.

Quæritur, vtrum homo possit satisfacere  
pro vno peccato non satisfaciendo pro alio?  
Ntrum homo existēs in mortali, possit satisfacere  
pro pœna peccati mortalis iã remissi? Res-  
pondeo ex sententia omnium, impossibile est  
quod quis satisfaciat prius pro pœna, quã pro  
culpa. Et hoc est notum, & à nemine dubitatū.  
Si verò sit in peccato, an possit satisfacere pro  
pœna peccati iam dimissi? Respondeo, quod  
vel ista opera satisfactoria sunt iniuncta à con-  
fessore, vel non, sed voluntarie assumpta. Si se-  
cūdum, communis sentētia omnium est, quod  
nihil profunt. 1. Corinth. 13. Si tradidero cor-  
pus meum ita vt ardeam, charitatem autem  
non habuero, nihil sum, nihil mihi prodest.

Itē

## De satisfactione.

Item opera illa ex se non sunt æqualia satisfactiōni quam debet: nec etiā ex liberalitate acceptantis, quia nō acceptantur cum procedant ab inimico Dei, ergo non sunt satisfactoria. Si autem sint iniūcta à confessore, licet Scotus videatur dicere quod valent, tamē S. Th. 4. di. 15. & Enrricus, quodlibet. 8. q. 18. & Adrianus. q. quam de hoc facit. 4. & Palud. 4. disti. 15. & 22. dicūt, quod nullo modo valēt. Et patet rationibus nūc factis, nullus potest satisfacere sine gratia: remissio enim peccati est maxima amicitia Dei, qua nō vitur nisi erga amicos, ergo. Verū est quod talia opera iniūcta à confessore & facta in peccato mortali, a dueniente charitate, siue relinquāt post se effectum siue non (hæc enim distinctio friuola est, & nūquam placuit viris doctis) viuificantur & acceptātur à Deo: vt bene dicit Caietan, quia satisfactio est pars sacramenti. Vnde si virtus confessionis redit, quare nō & satisfactionis? hoc piū est, sed tutius est implere in gratia pœnitētiā iniūctā. Verum est, quod illa opera satisfactoria iniūcta à confessore, & facta in mortali, quāuis non valeant ad remissionem culpæ, tamen per illa impletur præceptum cōfessoris, & nō tenetur pœnitēs iterum implere pœnitētiā iniūctā.

202  
satisfac-  
tio sic p

Quæritur, vtrum satisfactio debeat fieri per opera pœnalia? Pro huius intelligentia oportet

et

ret prius intelligere, quid sit op<sup>9</sup> pœnale. Opus <sup>opera pœ</sup>  
 pœnale idē est quod malū pœnæ, & malū nihil <sup>nalia.</sup>  
 aliud est quam priuatio boni. Triplex verò est  
 bonum, honestum, vtile, & delectabile. Pœna  
 proprie loquendo non est priuatio boni hone-  
 sti, quia hoc est peccatum: sed est priuatio bo-  
 ni vtilis vel delectabilis, sicut dare eleemosynā  
 ieiunare, orare, &c. Nūc dico, quod satisfactio  
 debet fieri per opera pœnalia. Ita est cōmunis  
 doctorum sentētia. Probat, quia satisfactio  
 est opus iustitiæ, offensa autem cōsistit in hoc,  
 quod subtrahimus Deo obedientiam, & accipi-  
 mus facultatem peccandi, quam iure non ha-  
 bebamus. Cū ergo iustitia tendat ad æquali-  
 tatem, dignum est, quod satisfaciam<sup>9</sup> per hoc,  
 quod subtrahamus a nobis quod iustum est, &  
 nostrum est. s. pecuniam, vel cœnam: sicut in le-  
 ge fiebat satisfactio per contra passum, oculū  
 pro oculo, &c. Confirmatur exemplo Christi,  
 qui potens per solam dilectionem Dei satisfac-  
 cere, satisfecit per opera pœnalia. Et quanto o-  
 pus fuerit magis pœnale, tantò erit magis satis-  
 factorium cæteris paribus. Secundo dico (&  
 credo esse probabile ac verū) quod per omne  
 opus bonū possumus satisfacere: etiam per di-  
 lectionem Dei. Hoc tenet Scot<sup>9</sup>. Et patet, quia  
 etiam inter homines fit satisfactio non solum  
 per opera pœnalia, sed etiam per omnia opera  
 illa

## De Satisfactione

illa quæ læso complacent. Item probatur, quia nullum est opus bonum quod non sit pœnale, ergo omne opus bonum est satisfactoriū, quia lassat & defatigat hominem, vt contemplatio, & dilectio, quæ licet sint opera anime, sed sunt anime coniunctæ corpori: & haberemus magnum laborem si vellemus Deum diligere, vel proximum per vnam horam. Itē per dilectionem Dei sati facimus pro pœna peccati venialis: nam per illā remittitur veniale, vt dixim⁹: ergo dilectio Dei est opus satisfactorium. Itē quia dicere quod per dilectionem Dei, & contemplationem, & alia id genus opera non satisfacimus, esset motiuum magnum ad deterrendum homines à melioribus bonis.

203  
Satisfacere an possimus per opera aliàs debita.

Quæritur, vtrum sit necessarium, quod opera per quæ homo debet satisfacere sint libera, vel an possim satisfacere per opera aliàs debita, & per ieiunium quadragesimæ, vel orationem canonicarum horarum? Palud. 4. dist. 15. q. 1. artic. 2. dicit absolute, quod nemo satisfacit per opera aliàs debita, & præcepta. Vnde qui dat pauperi existēti in extrema necessitate omnia bona sua, non satisfacit. Idem dicit Maior. 4. dist. 15. q. 2. & Almain. q. 1. & Syluett. Et probant, quia vnico pretio nō potest satisfieri duobus debitis, ergo eodem ieiunio non potest satisfacere quis ꝑ peccatis, & ecclesiæ. Itē, quia

so.

sequeretur, quod cōfessor posset iniungere clerico, quod diceret horas canonicas in pœnitentiam, aut quod solueret decē aureos quod debet, quod quidem esset irrisio. Sed his nō obstantibus, ego non dubito quin possimus satisfacere per opera aliā debita: & puto erroneum dicere contrarium. Ita tenet Adrianus. q̄ quā de hoc fecit. Et probatur, ecclesia instituit ieiunium quadragesimale & alia, vt pro peccatis satisfaciamus, hæc tuit eius intentio, & sapissime orat in quadragesima vt acceptet Deus nostra ieiunia in remissionem peccatorum: ergo illa sunt satisfactoria pro peccatis. Ita dicendum est omnino, & vtinam vel sola ieiunia ab ecclesia instituta ieiunarem. Ad arguendum igitur, confessor posset imponere clerico, quod diceret horas canonicas in pœnitentiam. Respond. primo quod non debet hoc facere, quia debet iuuare eum ad satisfaciendum, ac proinde debet aliquid de nouo imponere. Secūdo dico, quod si faciat, factū erit, & aliquando expediet: vt si nobiles nunquam ieiunent quadragesimam, bene faciet confessor præcipiens illis, ieiunetis hos quindecim dies qui remanent de quadragesima. Alia argumēta facile solūntur. Nam cum ieiunium quadragesimæ sit satisfactorium, ergo pro aliquibus est satisfactoriū, ergo pro me. Mirabile enī est quod

## De Satisfactione.

quod sit satisfactorium pro alijs & nō pro me. Perderē ergo præmium satisfactionis ieiunando quadragesimam propter ecclesię præceptū. Certe non credo.

204  
Pœnitentiam impositam an possimus implere in missa de præcepto.

Quæritur, an qui impleret penitentiã cōfessoris cūm audit missã de præcepto, satisfaciat? V g. iniūgit confessor septē psalmos, recito eos inter audiēdum missã die dominica, an satisfaciam præcepto confessoris? Aliqui summitte dicunt, quod non implet sed peccat. Adrianus tamen in 4 in materia de satisfactione. oppositum dicit, scilicet, quod non peccat, sed præceptum implet confessoris. Et ita tenendū est.

205  
Pœnitentia ponatur in rebus alijs non debitis.

Sed quid si alicui sit iniunctum quod ieiunet tribus diebus & ille ieiunauerit tribus diebus quatuor temporum vel quadragesimæ, an satisfaciat præcepto cōfessoris? Reipōdeo quod non, quia oportet stare ad intentionem confessoris, qui si non explicet contrarium, intelligitur de diebus alijs non debitis. Secūs esset de elemosyna, nã non dubito quin si confessor iniungat penitenti, quod det aureū pauperi, melius faceret & magis ad intentionem confessoris si det illum pauperi existenti in extrema necessitate. Posset tamen confessor iniungere penitenti pro satisfactione, vt ieiunet diebus relictis quadragesimæ, vel vt audiat missã die dominico, aut vt restituat pecuniam quam debet,



bet, vt benedicit Adrianus vbi supra. Quoniã opera alias debita sunt meritoria, & pœnalia, & per consequens satisfactoria, & sic ieiuniũ inunctum, licet alias de pœcepto, erit vera satisfactio sacramentalis.

Dubitat, an oporteat quod homo satisfaciatur per seipsum? Respon quod quilibet per se debet implere pœnitentiã sibi inunctã. Patet, quia id est pœceptum, vt tenebimus pro nũc. Item quia pœnitentia est vt medicina, modo medicina quæ est mihi necessaria non conferatur alteri: nisi confessor imponat sic pœnitentiã, ieiuna tribus diebus, velfac quod alius ieiunet pro te. Si autem ego nõ possum, bonũ est quod alteri committam vt ieiunet pro me.

206  
Homo p  
seipsum  
satisfaciatur.

Quæritur, vtrum flagella inflicta à Deo in hoc mundo, sint satisfactoria pro peccatis? Vt Nabuchodonosor ambulãs in solitudine sicut fera, & David quando occisus fuit à Deo puer eius? Videtur quod non, quia talia opera non sunt voluntaria, actus verò debet esse meritorius ad hoc quod sit satisfactorius: sed non potest esse meritorius nisi sit voluntarius, ergo. In oppositum est, quia Nahum. i. dicitur, nõ insurget bis tribulatio. Quod septuaginta interpretes verterunt, nõ iudicabit Deus bis in idipsũ. ergo si per has tribulationes quas patimur in hoc mundo non satisfacimus, bis de eodem iu-

207  
Flagella  
inflicta à  
Deo sunt  
satisfactoria.

## De Satisfactione.

dicamur. Ad hanc quæstionē respondet S. Th.  
4. d. 15. & in additionibus. q. 15 ar. 2. quod pœna  
pro peccato potest dupliciter exigi. Vno mo-  
do ab illo cui non debetur satisfactio, sicut si  
occidi hominem, debeo satisfactiōnem Deo.  
Si autem alius homo verberaret me propter  
hoc, hæc pœna non habet rationem satisfactio-  
nis: sed vindictæ: sicut si debeo tibi viginti, &  
alius accipit à me, per hoc ego non satisfacio ti-  
bi. Secundo modo potest exigi, seu infligi pœ-  
na ab eo cui debet satisfactio, & talis pœna vo-  
catur proprie satisfactio, sicut illi qui puniun-  
tur à communitate & iudicibus. Hoc supposi-  
to dico, quod pœna à Deo infligta potest esse  
satisfactoria. Probat S. Tho. quia pœna illa po-  
test esse opus peccatoris, per hoc quod volun-  
tarie acceptat, & patienter sustinet, sicut Iob  
qui dicebat, sicut dño placuit ita factum est, sit  
nomē dñi benediētum. Illud erat satisfactoriū,  
quia iam erat proprium illius. Et ita de fide te-  
nendum est, quia sic definitur in concil. Tridē-  
tino. sessio 14. de pœnitentiā, cano. 11. cuius ver-  
ba sunt. Si quis dixerit pro peccatis ad pœnā  
temporalem, minime Deo per Christi merita  
satisfieri pœnis ab eo infligtijs & patienter tole-  
ratis, anathema sit. Si autem quis renitatur ta-  
li pœnæ, non est satisfactoria: si talis resisten-  
tia sit vsque ad peccatum mortale. Vnde infir-  
mus

mus qui vellet sanari si posset, sed quia non potest fieri bono animo in nomine domini, satisfacit, non solum per patientiam quam habet, sed quia ipsæ pœnæ à Deo inflictæ sunt satisfactoriæ de se. sicut etiam pœnæ purgatorij. & multo melius. Dico præterea ( & hoc est multum probabile, & verissimile ) quod quicumque in gratia punitur a Deo in illo mundo, sufficenter punitur, & non punietur in alio seculo: & maxime si morte eum puniat, tunc enim non debito quin mors inflicta à Christo ( non loquor de morte naturali ) omnem pœnam deleat. Probat, quia nulla est ratio iã quod Deus puniat aliquem in vita, cur puniat, partem & nõ totam. Hoc non negaret Hieronymus, qui verbum mirabile dicit super illud Nahum. i. Non confurget duplex tribulatio. Quod vos potestis videre ( si placuerit ) in suo fonte.

**QVAERITVR,** quæ sint opera satisfactoria pœnalia, utrum sint tria, quæ communiter ponuntur à doctõribus & a Magist. sententia. 4. distinctis scilicet ieiunium, elemosyna, & oratio? Respondeo, quod sic. Probat Sanct. Thom. quia ut supra diximus, in satisfactione oportet quod sicut peccator usurpavit sibi, quod non debet, ita auferat sibi aliquid quod ei competebat, puta bona naturalia per ieiunium: bona tẽporalia per elemosy-

208  
Pœnalia  
opera satisfactoria præcipua tria, ieiunium, elemosyna, & oratio.

## De Satisfactione.

nā. Bona autem spiritualia non debent auferri, sed satisfacimus operib<sup>9</sup> spiritualibus cognoſcendo, quod sunt Dei, & petendo auxiliū, quod fit per orationem Et in his includuntur omnia opera pœnalia. In ieiunio opera affliētua ex natura ſua, puta peregrinatio, ſilentium, & c. Prædicare verò, legere, & ſimilia intelliguntur ſub eleemoſyna, quia ſunt bona proximis exhibita.

209  
Cōfeſſor  
pōt obli-  
gare pœ-  
nitentem  
ad aliqua  
ſatisfacti-  
onem.

Quæritur, an confeſſor audiens confeſſionem poſſit obligare pœnitētem ad aliquam ſatisfactionem? Puta ad hoc vt ieiunet, vel det eleemoſynā? Scot 4 d. 18. & 19. tenet quod confeſſor non poteſt obligare pœnitentem ſi ipſe noluerit acceptare. Si autem ſemel acceptauerit, tenetur implere pœnitētiam ſub pœna peccati mortalis. Idem tenet Gabriel. d. 16. q. 2. dubio. 1. & 5. quia poteſt ſatisfacere in alia vita. Idem tenet Sylueſt. verb cōfeſſio. 1. §. 25. & 26. licet cum aliquibus limitationibus. Caiet. etiā q. 2. de ſatisfactione tenet quod pœnitens nō tenetur acceptare pœnitentiam, ſaltem ſub pœna peccati mortalis, & ſi acceptet, non tenetur eam implere ſub pœna peccati mortalis. Sed quicquid ſit de his opinionibus, puto eſſe probabilius quod pœnitens ſub pœna peccati mortalis tenetur acceptare pœnitentiam ſibi iniūctā. Ita tenet Magiſt. 4. d. 18. & S. Tho. ibidē, &

in additionibus. q. 1. ar. 3. & d. 19. in expositione  
 textus, & Palud. 4. dist. 10. q. 2. & Maior d. 17. q.  
 2. & Alna. d. 18. & videtur sententia omnium san-  
 ctorum antiquorum, qui si peccatori graui iniun-  
 gerent pœnitentiam, & ille nollet acceptare, nō  
 reputarent eum (vt credo) esse in statu salutis.  
 Et p̄bo quod teneatur acceptare: quia in cap.  
 Omnis, dicitur, & iniunctam sibi pœnitentiam  
 pro viribus studeat adimplere. In prædicto c.  
 est præceptum obligans ad confitendum semel  
 in anno: sed sub iisdem verbis dicitur quod im-  
 pleat pœnitentiam iniunctam, & quod confiten-  
 tur: ergo etiam illud est præceptum. Item cap.  
 Statuimus, de maledicis, dicitur, si pœnitentiā  
 renuerit peccator iniunctam à sacerdote, inter-  
 dicatur ei ingressus ecclesiæ .i. excommunicetur,  
 & ecclesiastica careat sepultura. Et licet  
 hoc intelligatur de pœnitentia publica, tamen  
 eadem ratione intelligendū est de secreta: quia  
 quantum ad clauas nihil refert vtrum confes-  
 sio fiat publice, vel secreta. Et credo quod qui  
 antiquitus publice confitebantur, non iterum  
 confitebatur secreta. Probatum etiam, sacerdos  
 habet potestatem remittendi & soluendi cul-  
 pam & pœnam, ergo & ligandi quo ad culpam  
 & pœnam. Item quilibet iudex in foro conten-  
 tioso habet potestatem imponēdi pœnam pro  
 crimine, & alius tenetur acceptare, quare ergo

## De Satisfactione.

judex ecclesiasticus non habebit hanc potestatem in suo foro? Sed iam de fide tenendum est, quod confessor potest obligare pœnitentem ad aliquam satisfactionem, quia sic dicitur in concilio Tridenti sessione. 14. de pœnitentia, cano. 15. cuius verba sunt. Si quis dixerit claves ecclesiasticas tantum ad solvendum, non etiam ad ligandum, & propterea sacerdotes dum imponunt pœnam continentibus agere contra finem clavi & contra institutionem Christi & fictionem esse, quod virtute clavi, sublata pœna aeterna, pœna temporalis plerumque exoluenda remaneat, anathema sit.

210  
Cōfessor nō potest imponere quantūcūq; voluerit pœnitentiā.  
Quæritur, vtrum sacerdos habeat potestatem imponendi quantūcūq; pœnitentiā voluerit p suo arbitrio? Resp. nō oportet, quod per pœnitentiā intēctam à confessore pœnitēs satisficiat pro tota pœna omnium peccatorum suorum. Nam aliās frustra esset purgatorium. Secundo dico quod sacerdos non potest imponere quantūcūq; pœnā gravem: & quando esset intolerabilis, pœnitens non tenetur obedire. Vtrum autē debeat sacerdos ponere aliquam pœnitentiā sub cōsilio, fac hoc, & si volueris fac etiā istud. Paluda. consulit ita facere, & Sylvester, & alij. Hoc etiam laudat S. Tho. propter quod dico, quod talis pœnitentiā propter cōsiliū sacerdotis est magis meritoria, quam si eā faceret ex arbitrio.



trio proprio solummodo

Quæritur, utrū secundus confessor possit  
 cōmutare vel tollere penitentiā impositam à  
 primo cōfessore: de hoc sunt opiniones. Syluc.  
 & isti dicunt, quod non potest nisi confiscatur.  
 Sed puto probabilius, quod potest, quia secun-  
 dus confessor est iudex, & habet potestatem su-  
 per istum, & ideo satis est, quod penitens confi-  
 teatur peccatum illud, quod non tegerit pœni-  
 tentiam sibi iniunctam ab alio: & potest con-  
 fessor, vel tollere totam, vel minuere, vel etiam  
 commutare. Utrū autem confessor teneatur  
 semper aliquam iniungere penitentiā peni-  
 tēti, posset dubitari. Sed dico quod sic, quia est  
 iudex, & grauiter peccaret si nullā imponeret:  
 nisi esset ex magna & rationabili causa, vt in ar-  
 ticulo mortis, vel si videret, quod penitēs nullā  
 acceptaret penitentiā (si tamē hoc cōtingere pos-  
 sit vnquā). Hęc de satisfactione dicta sufficiāt.

211  
 Cōfessor  
 pōt mu-  
 tare, vel  
 tollere  
 pœniten-  
 tiam ab  
 alio con-  
 fessore in-  
 iunctam.

¶ SEQUITVR DE SA-  
 cramento Extremæ vnctionis.

¶ De quo ( licet sit Sacramentum  
 exeuntium) priustractatur quàm  
 de Matrimonio, & de Ordine.  
 Quia prius agendum est de sacra

## De Extremavntione.

mentis quæ pertinent ad omnes  
Christianos, quàm de ijs quæ spe-  
ctant solùm ad certũ genus per-  
sonarum. Et de hac materia tra-  
ctatur à Doctõribus. 4. distin. 23.

212  
Extrema  
vntio  
est sacra-  
mentum.



**V**AE RITVR primo, an extrema  
vntio sit sacramentum? Respõ. te-  
cundum oēs catholicos, quod sic.  
Quia est inuisibilis gratiæ visibilis  
forma, nam significat gratiã interiorẽ, cum ei⁹  
effectus sit remouere reliquias peccatorum. Et  
confert gratiam, iuxta illud iacob. 5. & si in pec-  
catis fuerit, dimittentur ei. Ex quo patet, quod  
si peccator cũ sola attritione recipiat hoc sacra-  
mentum, recipiet gratiam virtute illius, & re-  
missionem peccatorũ mortalium. Item p̃batur  
quod sit sacramentum, quia in c. Ad abolendã;  
de hæreticis, excõmunicatur qui aliter sentiũt  
de sacramentis quàm sentit Romana ecclesia,  
sed ecclesia Romana in concil. ṽtorenti. sub Eu-  
geni. 4. determinauit quod extremavntio est  
vnum de septem sacramentis ecclesie. Et in c.  
Illud superfluum. 65. disti. idem determinatur,  
ergo ita tenendum est de fide, & oppositum est  
hæreticum.

Quæ-

Quæritur, à quo sit hoc sacramentum institutum, an à Christo? Magist. 4. d. 23. verbis Hugonis ait quod ab Apostolis vt Jacob. 5. Sed cũ sacramenta nouę legis cõterant gratiam quam solus Christus confert: tenendum est omnino quod Christus instituit hoc sacramentum. Nã instituere sacramenta pertinet ad potestatem excellẽtię quam solus Christus habet. Quod autem dicit Magister, quod fuit ab Apostolis institutum, intelligendum est secundũ S. Tho. quod est ab Apostolis promulgatum. Sed vbi legitur in sacra scriptura huius sacramenti institutio? S. Tho. & omnes alij dicunt, quod non est expressus locus vbi fuerit institutum. Habemus tamen quod sit sacramenti in ex traditione ecclesię, quę in his quę sunt fidei errare nõ potest: & hoc sufficit nobis. Evangelistę non curauerunt tradere nisi necessaria ad salutẽ, vt de baptismo, pœnitentia, eucharistia, quę sunt sacramenta necessaria. De confirmatione verò & extrema vntione propterea siluerunt, quia non sunt necessaria ad salutem: quamuis Marci 6. videatur fieri de hoc sacramento mentio, cũ duodecim vngebant infirmos oleo.

Quæritur, quis sit effectus huius sacramenti? Respon. quod hoc sacramentum non imprimat charactẽ & ideo est iterabile. Pater quia in concilio Florentino dicitur quod solum tria

213  
Extrema  
vntioan  
sit a Chri  
sto insti-  
tuta.

214  
vntio-  
nis extre  
ma: effe-  
ctus.

sa-

## De Extremavntione

sacramēta imprimunt chara&terem, baptisim<sup>9</sup>  
cōfirmatio, & ordo. Secūdo dico, quod effectus  
huius sacramenti sunt tres, scilicet, gratiæ colla  
tio, peccatorum remissio infirmantium alleuia  
tio. Ita enim iuxta fidem asserendum est. Nā in  
concil. Trident. sessio. 14. de sacramento extre  
mæ vntionis. cano. 2. ita diffinitur. Si quis di  
xerit sacram infirmorum vntionem, non cō  
ferre gratiā, nec remittere peccata, nec alleuia  
re infirmos: sed iam cessasse quasi olim tantum  
fuerit gratia curationum, anathema sit. Tertio  
dico quod effectus principalis huius sacramē  
ti est remissio peccatorum per gratiæ collatio  
nem, minus principalis est sanitas corporis, di  
cente Iacobo, & alleuiabit eū dominus, & si in  
peccatis fuerit dimittentur ei. Sed tota difficul  
tas est ad remissionē quorum peccatorum or  
dinetur. Ricardus, Bonauētura, Scottus, Durā  
dus, & Major. dicunt, quod ordinatur ad re  
missionem venialium. Sed contra, quia contra  
venialia sunt multa remedia, & faciliora, vt a  
qua benedicta, oratio dominica, tussio pecto  
ris, &c. & in cæremonijs huius sacramenti, vna  
est confessio generalis, in qua remittuntur ve  
nialia: ergo non ordinatur ad remissionē venia  
lium. Item, quia si ordinaretur ad remissionem  
venialium, deberet cōferri sanis. Dico igitur cū  
S. Tho. quod ordinatur ad reliquias peccatorum,  
quæ

quæ sunt, debilitas potētiarum, tristitia, & alia  
 quæ impediunt animam cogitare de Deo. Et  
 propterea confertur hoc sacramentum infir-  
 mis, vt possint facilius resistere tentationibus  
 dæmonum, quæ tunc maxime insurgunt: & re-  
 motio illa est exhilaratio cordis, vt habetur  
 in cap. Vnico, de sacra vntione. Idē dicit etiā  
 Paluda Non negamus tamen quin remittat ve-  
 nialia, imo & aliquando remittit mortalia. In  
 peccato ergo sunt tria, macula, pēna, & reli-  
 quie. Ad tollendam maculam in ingressu nouē  
 vitæ ordinatur baptismus. Post perditam verò  
 vitam spiritualem ordinatur pēnitentia ad tol-  
 lendam maculam. Ad pēnam verò non est ali-  
 quid de se ordinatum. Manet ergo ad reli-  
 quias peccatorum extrema vntio. Et reliquie  
 istæ sunt quædā qualitates infirmitatē animæ,  
 & naturalis impotentia, & ineptitudo quæ re-  
 manet post peccatum ad exercendum bona o-  
 pera, & ligamē quoddam animæ ad opera vir-  
 tutis, quod prouenit à peccato. De secundo ef-  
 fectu qui est sanitas corporalis, dicitur in con-  
 cilio Florentino, quod nō semper sequitur, sed  
 quando expedit infirmis bene valere.

Quæritur, cum hic sint multæ vntiones, &  
 multæ formæ, an vntio sit vnicum sacramen-  
 tum, vel plura? Resp. secundum oēs quod est  
 vnū sacramētum, sicut vnū artificiale, vt vna

do

215

Extrema  
 vntio  
 est vni-  
 cum sa-  
 cramētū

## De Extrema vñctione.

domus, & vna curatio: quæ sit in radicibus peccatorum, hoc est in quinque sensibus. Sed quæres in qua illarum vñctionū datur gratia? Respondet S. Tho. quod in vltima.

216  
Oleū oliuarū est materia sacramenti vñctionis.

Quæritur, quæ sit materia huius sacramenti? Respon. quod omnes conueniunt, quod est oleum. Et habetur ex verbis Iacobi, 5. Orent super eum vngentes eum oleo. Et in cap. Vnico, de sacra vñctione. Et in Concil. Florenti. Et ratio conuenientiae est, quia hæc curatio est vltima, & debet esse perfecta: ac debet significare spem qua tunc infirmus maxime indiget, quæ quidē spes significatur per lenitatē olei. Oleū enim est optimum ad curandum, quia maxime penetratiuū est. Nomine autem olei intelligitur oleum oliuarum: sicut nomine panis intelligitur triticeus, & nomine vini, vitis. Sufficeret autē oleum rosaceum, nisi sit multum corruptū. Et in capi. vnico, de sacra vñctione, præcipitur, quod non mittatur balsamum. Idē habetur in concil. Florenti. Hoc autem oleum de necessitate præcepti debet esse benedictum ab episcopo: vt patet in dicto c. Vnico. Ratio quare debet esse benedictum, est, quia materia omnium sacramentorum habentium materiam, præter actus recipientis, debet esse consecrata, seu sanctificata: quia est instrumentum ad conferendam sanctitatem. Materia autē sacramen-



torū, quibus Christus vsus est, non indiget alia sanctificatione: quia per contactum sui sacratissimi corporis eam sanctificauit, vt aquā in baptismo, panem in Eucharistia. Materia verò extremæ vñctionis, & materia confirmationis indigent benedictione: quia his sacramentis non est vsus Christus. Posset aut̄ simplex sacerdos ex cōmissione Papæ oleum consecrare, vt tenet Paluda. Scotus, & Caieta. 3. p. q. 72. ar. 3.

Quæritur, an esset verum sacramentum si quis vngeret oleo non cōsecrato? Palud. & Durand. dicūt quod papa non posset vngere oleo non cōsecrato. Caietanus dubitat, an consecratio olei sit de necessitate sacramēti. Et ideo p̄babiliter credo, quod non est de necessitate sacramenti, licet sit de necessitate præcepti. Patet quia Iacob. 5 est expressa materia huius sacramenti, & forma, & minister. & tamen nulla fit mentio de consecratione olei, ergo. Item in cap. Pastoralis, de sacramentis non iterandis. Innocētius tertius requisitus, an ille qui erat confirmatus oleo non benedicto, esset iterum confirmāndus? Respondit nihil est iterandum, sed caute supplēdum, quod in caute fuit omis- sum: ergo nō erat repetēda forma, ac proinde fuit verum sacramentum. Et eadem ratio erit de extrema vñctione.

217  
Oleū vñ-  
tionis  
oporret  
esse con-  
secratū.

Quæritur, quæ sit forma huius sacramenti? Forma sa-  
Res.

218

## De Extremavntione.

eramenti  
vntiois

Resp. quod forma est deprecatoria, quam nunc tenet ecclesia. Quia ex Iacobo patet sic debere esse, cum dicat, Orent pro eo: oratio autem idem est quod deprecatio. Ratio verò quare forma huius sacramenti non est indicativa sed deprecatoria, est, quia iam infirmus est a se destitutus, & eget aliorum precatione. Item quia iam transit ad aliud forum, & committitur alteri foro per hoc sacramentum. Forma ergo qua nunc vtitur ecclesia, est de necessitate præcepti: ut patet in concilio Florentino. Secundo dico, si aliquæ ecclesie vtantur forma indicativa, videtur pius, quod sufficiat. Et hoc etiam ponit Ricardus, & Durand. quia alias ecclesia non permetteret tantum errorem. Quamvis Capreolus non putet esse probabile, quod aliquæ ecclesie vtantur forma indicativa tantum. Tertio dico, quod ecclesia posset mutare formam, dummodo esset deprecatoria: quia Iacobus non dicit nisi orent. Est ergo forma. Per istam vntionem & suam pijsi mani misericordiam indulgeat tibi Deus quicquid deliquisti per visum, auditum, & c.

219

Quæritur, utrum hoc sacramentum sit de necessitate salutis? Resp. secundum omnes quod sacramentum non, sed sola tria, baptismus, eucharistia, penitentia, quæ ordinantur ad gratiam & remissionem peccatorum. Duo alia sunt, quibus nolle vti esset peccatum mortale, ut confirmatio & extrema

ma

ma vnctio. Alia duo sunt quibus licet nolle vti, vt in matrimonium, & ordo. Vnde si quis etiam ex negligentia nō reciperet extremam vnctionem non peccaret mortaliter. Si verò ex contēptu, peccaret mortaliter: vt si quis supposita fide huius sacramenti, nollet vti illo. Ita tenent omnes, & Caieta.

De ministro verò huius sacramenti, dico, <sup>220</sup> Minister quod est solus sacerdos: vt patet ex verbis Iacobi <sup>sacramen</sup> ti vnctio-  
 bi. Nomine autē sacerdotis intelligim⁹ solū illū, qui ab episcopo ordinat⁹ est sacerdos, & chara-  
 cterem sacerdotalē recepit. Et ita iuxta fidē ca-  
 tholicā firmiter tenēdum est. Sic enī diffinitur  
 in concil. Tridēt. sessio. 14. de sacramēto extre-  
 mæ vnctionis, can. 4. cuius verba sunt Si quis  
 dixerit presbyteros ecclesiæ, quos B. Iacobus  
 adducendos esse ad infirmum inungēdum hor-  
 tatur, non esse sacerdotes ab episcopo ordina-  
 tos, sed ætate seniores in quavis communitate,  
 ob idq; pprium extremæ vnctionis ministrū  
 non esse solum sacerdotē, anathema sit. Et quia  
 hoc ordinatur ad remissionē peccatorū, & oīs  
 sacerdos potest peccata remittere, ac proinde  
 quilibet sacerdos potest hoc sacramētum mini-  
 strare, non ex cōmmissione p̄latorū, sed ex of-  
 ficio: quia hoc non pertineat ad iurisdictionē.  
 De iure verò & non de necessitate sacramen-  
 ti requiritur, quod sit proprius sacerdos. Sed  
 pro-

## De Extrema vñctione.

proprio sacerdote deficiente, quilibet sacerdos (præter religiosos) in necessitate potest, & debet communicare infirmum, & vngere.

221  
Vñctio-  
nis sacra-  
mentum.  
infirmis  
dādum.

Quæritur, an sanis debeat hoc sacramentum conferri? Respondeo secundum S. Tho & alios quod nō. Patet ex verbis Iacobi. 5. Infirmatur quis in vobis. Item quia hoc sacramentum est curatiuum, & exterius debet significare quod interius facit: curatio autem solis infirmis conuenit ergo soli illi debent inungi. Si autē quādo vnguntur moriantur, non procedatur vltērius. Si verò sit dubiū, vngat sub dubio dicēs: si es mortuus, non te vngo: si verò nō es mortu⁹, per istam vñctionem & suam pijsissimam, &c.

222  
Infirmi  
in mor-  
tis peri-  
culo sunt  
vngendi;  
sed non  
omnes.

Quæritur, vtrum omnes infirmi sint vngēdi? Resp. quod cōmunis sententia est, quod solus infirmus qui est in periculo mortis probabilis, est capax hui⁹ sacramēti. Probat S. Th. quia hoc sacramentum est vltima medicina, vt etiā sonat ipsum nomen, extrema vñctio: ergo est adhibenda quando nō est aliud remediū, nec spes. Nec tamen infirmi oēs qui sunt in tali periculo, sunt vngendi. Nam primo excipiuntur pueri: quia in ipsa forma dicitur, indulgeat tibi Deus quicquid deliquisti. Et eadem ratione excipiuntur perpetuo dementes, quia nunquā peccauerunt actualiter. Nec beatissima virgo esset vngēda, quia caruit omni peccatō. Is autē qui

qui adultus baptizatur, si illico infirmetur ad  
 morte. n: est vngendus, vt tenet Palud. & Ho-  
 stiens. quia inuitat ei magna certamina. Excipiū-  
 tur etiā dānati ad mortē, quia non sunt iam ca-  
 paces salutis corporalis, qui est vnus effectus  
 huius sacramenti. Excipiuntur etiam furiosi &  
 amentes, qui habēt dilucida interualla, nisi fue-  
 rint bonæ vitæ, & formaliter illud petierint.  
 Hoc est propter defectum venerationis.

Quæritur, in quibus partibus est vngēdus  
 infirmus? Videtur, quod in omnibus, quia signi-  
 ficat hoc sacramentum perfectam animæ cura-  
 tionem, ergo debet vngi in toto corpore: quia  
 anima est in qualibet parte corporis. Respond.  
 quod in medicationibus corporalibus applicā-  
 tur medicinæ non omnibus partibus quæ do-  
 lēt, sed vbi est radix morbi. Et quia tres sunt ra-  
 dices morbi spiritualis, videlicet ratio dirigēs,  
 appetitus mouens, & prosequens. Principia ra-  
 tionis per quæ intelligit, sunt sensus (nihil enī  
 est in intellectu, quin pri<sup>9</sup> fuerit in sensu) ideo  
 vnguntur omnes sensus. Principium verò mo-  
 uēs appetitum, est dilectio: vnde vnguntur re-  
 nes, vbi viget dilectio. Fœminæ verò propter  
 honestatem, nec in renibus, nec in ventre sunt  
 vngendæ. Pedes vero vnguntur, quia sunt pro-  
 secutiui, & executiue se habēt. Vntio quidem  
 in sensibus est de essentia, non aut vntio in re-  
 ni

223  
 Infirmi  
 in quib<sup>9</sup>  
 corporis  
 partibus  
 vngendi.

## De Extremavntione

nibus. Quia principium dirigēs, est principiiū omnium aliorum. Et ideo in aliquibus partibus non vnguntur & melius esset, quod non esset in vsu. At mutilati vnguntur in partibus proximis. Et etiam cæci à natiuitate sunt in oculis vngendi. Quia tales possent per aliquas sensationes desiderare videre mulieres. Est autem in præsentiatum summo opere notandum, & firma fide tenendū, quod ritus, & vsus quem sancta Romana ecclesia in administratione huius sacramenti obseruat, non repugnat sententiæ apostoli Iacobi, nec est contemnendus, nec mutandus. Sic enim diffinitur in cōcilio Tridē tino, sessione. 14. de sacramento extremæ vntionis, cano 3. cuius verba sunt. Si quis dixerit extremæ vntionis ritum & vsum quem obseruat sancta Romana ecclesia repugnare sententiæ Iacobi Apostoli, ideoque eum mutandum, postēque à Christianis absque peccato contēni, anathema sit.

224  
Vntio-  
nis sacra-  
mentum  
iterabile.

Quæritur, vtrum hoc sacramentum sit iterabile? Respond. quod sic in diuersis infirmitatibus. Quia nō habet effectum perpetuum, & per iterationem non fit iniuria sacramēto, quasi insufficientes sit. In eadem infirmitate potest iterari. Quia habet pro materia infirmitatem periculosam: & sic quotiescunque sit in periculo mortis, puta si conualesceret, & iterum perue-

ni-



niret ad periculum mortis, esset vngendus. Et hæc de extrema vnctiõne sufficiant.

**¶ SEQUITVR SACRAMENTUM Ordinis, de quo Magi. & docto. tractant in 4. dist. 24. & deinceps.**

**V**AE RITVR primo, an omnes septē Ordines sint ex institutione diuina? Postquã Magister egit de sacramentis quæ spectant ad priuatum remedium singulorum fidelium, hic incipit tractare de sacramentis quæ dantur in officii, & boni cõmune: vt ordo, & matrimoniũ.

Respond. igitur primo, quod de sacerdotio, & diaconatu nemo est qui ambigat, quin sint à Christo instituti, nec hæretici hoc negat. Sed de alijs est dubium. Et Magister quidem dicit quod Christus reliquit oēs illos ordines seruandos in ecclesia. Et Palu. 4. d. 24. q. 1. tenet quod oēs septē ordines sunt ex institutione diuina.

Ita etiã S. Thom. videtur sentire, quia hic dicit, quod omnes septem ordines conferunt gratiam ex opere operato, quod non posset esse, si ab ecclesia essent instituti. Respond. in primis, quod isti septem ordines non sunt nouum inuentum, vt putant hæretici, sed est antiquissimum in-

225  
Ordines  
omnes  
septem  
an sint à  
Christo  
institu-  
ti.

## De Sacramēto Ordinis.

stitutū, quo nullum est antiquius. Quod probatur testimonijs sanctorū. Anacletus qui successit Clementi, in cap. 2. sui decreti dicit, Episcopus Deo sacrificās, testes secū habeat, & plures quā alij sacerdotes: in solēnioribus diebus habeat. trēs aut quinq; diaconos, & subdiaconos, atq; reliquos ministros, qui sacris induti, &c. Ecce meminit diaconorum, & subdiaconorum, & aliorum. Et Ambrosius etiam super illud Ephe. 4. ipse dedit quosdam quidē Apostolos, alios Evangelistas, fundat oēs ordines in sacra scriptura. Et Eusebius lib 6. Ecclesiasticæ historiæ. cap. 33. recitat epistolam Cornelij ad Fabianū Antiochenū, in qua numerat omnes ordines ecclesiæ, qui quidē præcessit nos mille annis & supra. Et Hieronymus in argumēto quod præponitur epistola. 1. Thessalo. dicit, Hos Thessalonicensēs collaudat Apostolus, scribens eis per Titum diaconum, & Onesimum acolytū. In sacra verò scriptura nō est de omnibus mētio. Possūmus igitur dicere, quod omnes hi ordines fuerunt instituti à Christo in particulari ipso viuente, vel saltē generaliter. Quia Christus dedit potestatem ecclesiæ constituēdi ministros, & consecrandi eos ad sacrificiū eucharistiæ. Et ad hūc sensum omnes hi ordines sunt instituti a Christo, per hoc quod dedit potestatem ecclesiæ consecrandi, & ordinandi ministros

stros quotquot viderit expedire.

Quæritur, vtrum ordo sit sacramentum?

Resp. & est conclusio catholica, ordo est sacramētum. Patet, quia in concil. Florenti. numeratur inter septem sacramenta. Item patet ex eis quæ superius adduximus cum de sacramentis in genere ageremus, quæ sit. 5. Et itē quia in concilio Tridenti. sessio. 23. de sacramēto Ordinis, cano. 3. sic dicitur. Si quis dixerit ordinem, siue sacram ordinationem non esse vere & proprie sacramētum à Christo domino institutum, vel esse signum quoddam humanum, excogitatum à viris rerum ecclesiasticarū imperitis, aut esse tantum ritum quēdam eligendi ininitros verbi Dei & sacramentorum, anathema sit. Sed est dubium, vtrum omnes ordines sunt sacramēta? Durandus dicit, quod solum sacerdotiū, per quod datur potestas spiritalis, est sacramētum. Alij autem ordines sunt quædam sacramentalia. Adducit ad hoc multas rationes in. 4. d. 12. q. 2. quas ibi poteris videre. Cōtrariū tenēt omnes doctores, videlicet, quod omnes ordines sunt verum sacramētum. Hoc asserit S. Tho. Albertus Mag. Bonau. Almain. Maior. Palud. &c. Et patet, quia quilibet ordo est sacræ rei signum, & in eo datur aliquid spirituale, quia si alij ordines essent sacramentalia, daretur simul cum sacerdotio. Sed ritus ecclesiæ est

226  
Ordines  
omnes,  
an sint sa-  
cramen-  
tum.

## De Sacramēto Ordinis.

In contrarium, inò multi recipiūt minores ordines nolētes vltcrius progredi, ergo nisi esset opinio tantorum doctorum in contrariū, inalem tenere cum Durand. nescio enim quid cogat ponere quatuor ordines minores esse sacramētum. Nam quę potestas est illa spiritualis in acolyto, deferre cereos, & offerre materiā subdiacono? Item prima tonsura nec est sacramētum, nec proprie ordo: & in ostiario qui habet aperire fores ecclesię, &c. Sed tamen quia omnes oppositum tenēt nō auderē hoc tenere. Caieta. in. q. quam fecit de ritu ordinis, tenet cū Durādo, quod solum sacerdotium est ordo & sacramētum à Christo institutum, omnia verò alia sunt sacramēta. Idem videtur dicere. 3. p. q. 6. art. 3. Primo, dico igitur ad hęc quęstionem, quod tenēda est cōmunis opinio. Secundo dico, quod opinio Durandi, & Caietani est probabilissima, scilicet quod solū sacerdotium est sacramētum, vel saltem, quod quatuor minores ordines nō sunt sacramētum. Hoc probatur, quia sacramētum est de iure diuino, sed nō oēs ordines sunt de iure diuino, ergo. Probatur minor, nam c. à multis, de ætate & qualitate ordinandorum. Innocētius vir doctissimus allegans Urbanum papam dicit. Urbanus ait quod solum presbyteratus & diaconatus sunt sacri ordines, & quod illi solum legūtur fuisse in prę

mitiua ecclesia. Et illa sentētia Urbani habetur cap. Nullus, distinctione. 60. & in dicto capit. à multis, dicit Innocentius tertius, subdiaconus hodie inter sacros ordines computatur, ergo non antea. Item. 1. Thimoth. 3. & ad Titum primo. Paulus describit mores episcoporum & diaconorum: & nihil dicit de subdiaconis, nec de alijs minoribus ordinibus Fit tamen mētio de minoribus ordinibus apud Dionysium capi. 3. ecclesiasticæ Hierarchiæ, vbi etiam meminit de ostians. Et beatus Ignatius martyr epistola. 8. ad Antiochenos cum duceretur ad martirium. Saluto sanctum presbyterum vestrum, saluto diaconos, subdiaconos, acolythos, exorcistas, &c. Et est determinatio concilij Laodicap. 23. & Chalced. c. 14. & Carthaginensis tertij cap. 16. & Carthaginensis quarti cap. 6. & Toletani primi, cap 28. in omnibus his approbantur minores ordines Et in epistola secunda beati Clementis, decretum Innocētij. & decretum Zozini c 3. Sunt ergo minores ordines ab antiquo in ecclesia. Et sic est probabile quod sunt de iure diuino, & per consequens sacramentum.

Queritur, an in nouo testamento sit sacerdotium visibile, & externum, sitq: aliqua realis & vera potestas cōsecrandi verū corpus & sanguinē domini nostri Iesu Christi, & peccata re-

## De Sacraméto Ordinis.

remittere & retinendi. Respondetur cōclusio-  
ne affirmatiua firma fide tenenda, vt definitur  
in concil. Tridēti. sessio. 23. de sacramento Or-  
dinis, can. 1. cui<sup>9</sup> ista sunt verba. Si quis dixerit  
nō esse in nouo testamento sacerdotium visibi-  
le & externum, vel nō esse potestatem aliquan-  
do consecrandi & offerendi verum corpus &  
sanguinem dñi & peccata remittēdi & retinen-  
di, sed officium tantū & nudum in ministeriū prę-  
dicādi euangelium, vel eos qui non prædicant  
prorsus non esse sacerdotes, anathema sit.

Est etiam firma fide tenendum, quod præter  
sacerdotium iam dictum sunt in ecclesia catho-  
lica alij ordines, & maiores & minores. Ita enī  
definitur vbi nunc supra cano. 2. his verbis. Si  
quis dixerit præter sacerdotiū non esse in eccle-  
sia catholica alios ordines & maiores & mino-  
res, per quos velut per gradus quosdam in sa-  
cerdotium tendatur, anathema sit.

228

Quæritur, an per sacram ordinationem de-  
tur spirit<sup>9</sup> sanctus & imprimatur character in-  
delebilis: ita vt vt nullo pacto possit fieri laic<sup>9</sup>  
qui semel prius fuit sacerdos. Respō. affirmati-  
ue: & ita est firma fide tenendum. Sic enim de-  
finitur in concil. Trid. vbi sup. can. 4. vbi sic di-  
citur. Si quis dixerit per sacram ordinationem  
non dari spiritum sanctum, ac proinde frustra  
episcopos dicere, Accipe Spiritum sanctū, aut  
per



per eam nō imprimi characterem vel eum qui sacerdos semel fuit, laicum rursus fieri posse, anathema sit.

Quæritur, vtrum in hoc sacramento requiratur aliqua materia. Respond. quod sic. Quia omnia sacramenta cōstant ex rebus & verbis, vt ait August. & Magist. Hæc est omnium sententia. Hoc patet ex definitis superius in materia de sacramētis in genere. Est autem in sacramento hoc materia illud, per cuius traditionem cōfertur ordo. Sicut presbyteratus traditur per calicis cum vino & patenæ cū pane porrectio- nem Diaconatus verò per libri Euangeliorum traditionem. Subdiaconatus per traditionē calicis vacui cum patenā vacua superposita, & c. Vide cōcilium Florēti. cuius sunt verba præcedētia. Sed S. Tho. ponit differentiā inter materiam aliorum sacramentorum & materiam huius. Quia in alijs sacramentis tota efficacia est ab ipso Deo & sacramento, sed in hoc efficacia est partim à ministro: episcopus enim dat potestatem Idcirco in alijs sacramentis materia cōcurrit, vt det perfectionem sacramento: quia minister nihil facit: in hoc autem sacramento materia se habet solum materialiter. Et licet in hoc conueniāt omnes, non est tamē in hi certum, quod sit necessarium ex iure diuino, quod tradatur calix presbytero. Quia in scri-

229  
In sacra-  
mēto or-  
dinis re-  
quiritur  
materia.

## De Sacramēto Ordinis.

ptura non habetur, quod fiebat nisi per manū  
impositionem. i. ad Timoth. 4. & 5. Nec etiam  
requiritur manuum impositio. vt patet in cap.  
presbyter, de sacramētis nō iterandis. Ideo for  
san solis verbis consecrat episcopus sacerdotes  
& alios ministros. Nolo tamē aliquid nouum  
asserere.

310  
In sacra-  
mēto or-  
dinis an  
requira-  
tur con-  
tactus  
materiæ.  
Quæritur, supposito quod requiratur ma-  
teria, an sit necessarius contactus materiæ, pu-  
ta calicis, vel libri? Caieta. quodlib. 1. q. 16. dicit  
quod sine dubio requiritur realis cōtactus: nec  
hoc debet haberi pro opinione. Quia in omni-  
bus alijs sacramētis vbi est materia requiritur  
contactus realis, vt in baptismo, confirmatio-  
ne, & extrema vñctione, ergo etiā hic. Et hoc e-  
tiam significatur in forma, quia dicitur: accipe  
calicē, vel librum S. Tho. in additionibus, q. 34.  
art. 5. 3. relinquit hoc sub dubio. Et credo quod  
posset sustineri, quod nō est necessarius iste cō-  
tactus. Nec ego dānarem eum, qui negligentia  
vel alia ex causa nō tangeret calicem, & habe-  
rem eum pro sacerdote. Quia tēpore aposto-  
lorum non erat necessarium nisi imponere ma-  
nus. De alijs minoribus ordinibus non est du-  
bium nisi quod nō requiritur. Verum est, quod  
si deficeret illud per quod ecclesia intendit tra-  
dere officium, quod non haberet illud: Duran-  
dus dicit, quod in suo episcopatu non tradeba-  
tur

tur liber diaconis. Sed sequēda est communis opinio. Iste autem contactus debet esse simul cum verbis, vt verificetur forma quæ de præfenti dicit, accipe. Sed satis est, quod sit ibi similtas moralis. sufficit enim quod post verba sine multa mora succedat contactus.

Quæritur, an ordo imprimat characterem? Resp. quod sic, quia character est potestas ad aliquid spirituale: & hic datur potestas circa sacramentum Eucharistiæ. Et ita etiam habetur in cōcil. Florē. Et de sacerdotio non est dubitandū. De alijs si nō sunt sacramēta, non est opus dicere, quod imprimant characterem.

Quæritur, an sit ordo in his sacramētis? an possit fieri diaconus qui non est subdiaconus? Respond. quod est præceptum quod seruetur ordo, & qui illum non seruaret, peccaret mortaliter. Secundo dico, quod iste ordo non est de necessitate sacramenti. Patet in cap. Vnico, de clerico ordinato per saltum. Et qui sic est ordinatus, debet suscipere ordines quos omisit dātaxat, à quocunque ordine incipiat. Si autem non sit baptizatus, & susceperit ordinē, non est ordinatus. vt patet in capit. Veniēs, de presbytero iam ordinato & non baptizato, vbi præcipitur, quod baptizetur, & iterum ordinetur. Si autē ordinetur antequā sit confirmatus, ordo tenet. Et puto quod qui ex negligētia

231  
Ordo im  
primit  
characte  
rent.

232  
Ordo in  
ordinib9  
recipien  
dis.

hoc

## De Sacramēto Ordinis.

hoc præteriret, non peccaret mortaliter licet male faceret. Quia non inuenio præceptum ali-  
quod.

<sup>233</sup>  
Ordines recipies in peccato mortali an peccet mortaliter.  
Quæritur, an qui suscipit ordines in peccato mortali peccet mortaliter? Respōdeo quod si suscipiat sacerdotium, peccat mortaliter, & est sacrilegus. Idem est de alijs ordinibus si sint sacramenta. Si autem non sint sacramēta videtur quod non sit mortale, licet sit graue peccatum: maxime si suscipiat diaconatum, quia ordinatur proxime ad Eucharistiam. Sed vtrum peccet mortaliter qui exercet officia sua in peccato mortali? de sacerdotio clarum est.

De alijs ordinibus si sunt sacramenta, est mortale. Et quia hoc cōmuniter non tenetur quod tales peccent mortaliter, ideo verisimilius est quod hæc non sint sacramēta Nihilominus (ci-  
tra mortale) grauiter peccat talis.

<sup>234</sup>  
Ordinū collator quis sit.  
Quæritur, quis sit collator huius sacramenti? S. Tho. cum alijs dicit quod solus episcopus est minister ex officio suo. Patet, quia solus episcopus potest cōsecrare templa, vasa, & vestes sacras: sed homo magis dicatur diuino cultui per susceptionem ordinis quam illa, ergo. Itē patet ex cap. quanto. extra, de consuetudine. Sed vtrum conferre ordines possit cōmitti nō episcopo? Respō. de minoribus ordinibus iam in iure est collata potestas aliquibus nō epis-  
co

copis. Possunt enim minores ordines conferre  
 presbyteri Cardinales, & aliqui abbates sancti  
 Benedicti circa monachos suos, & laicos sibi  
 subditos. Ut habetur. 21. d. c. 1. & 2. Et. d. 69. cap.  
 quoniam. Et de ætate & qualitate, cap. Cum cō  
 tingat. & cap. abbates, de privilegijs lib. 6. & in  
 multis alijs locis iuris. S. Tho. 3. p. q. 72. ar. 11. &  
 4. d. 7. q. 2. ar. 1. quæstiōcu. 3. ait quod solus epis-  
 copus habet ex officio suo cōferre ordines, &  
 quod episcopus non potest cōmittere nō Epif-  
 copo potestatem conferēdi ordines, etiam mi-  
 nores: & si committeret, nihil esset factū. Papa  
 verò potest committere sacerdoti collationē  
 minorum ordinum: & re vera iam commisit.  
 Quartò dicit S. Tho. quod collatio ordinum  
 etiam minorum non potest committi nō sacer-  
 doti, nec collatio maiorum ordinum potest cō-  
 mitti nisi episcopo duntaxat. Idem tenet Palu-  
 da. 4. d. 7. q. 4. conclu. 2. Nam episcopus & Papa  
 non habent maiorem potestatem circa corpus  
 Christi verum quam sacerdos. licet circa cor-  
 pus Christi mysticum, quod est ecclesia, Papa  
 habeat plenissimam potestatem: ac proinde il-  
 la quæ spectant ad corpus Christi mysticum,  
 subsunt potestati papæ. Et quia potestas con-  
 ferendi ordines est solum potestas circa corp⁹  
 Christi mysticum, ideo papa potest committere  
 re alteri talem potestatem. Quia verò potestas  
 su



## De Sacramēto Ordinis.

supra corpus Christi mysticum, præsupponit potestatem supra corpus Christi verum, ideo papa nō potest committere potestatem conferendi ordines, nisi sacerdoti, qui solus habet potestatem supra corpus Christi verum.

235  
Papa an possit committere sacerdoti potestatem conferendi maiores ordines.

Queritur, vtrum papa possit committere potestatem cōferēdi maiores ordines sacerdoti non episcopo? S. Tho. & Palud. & oēs dicūt quod nō, nihilominus (vt fertur) papa de facto cōmisiſit quibusdā abbatibus S. Benedicti. Salte de subdiaconatu vidi ego bullam papę quibusdā abbatibus ordinis Cillerciensiū concedētis quod possent conferre subdiaconatum. Et alij dicūt quod diaconatum etiā. Si hoc ita est, ego dico, quod factum tenet, excepto sacerdotio: aliās esset intolerabilis error. Quauis de hoc dubitet Maior, dicens, quod P'apa extendit potestatem suam, & quod securius esset ab alio lumere. Sed puto illud securum & sine scrupulo.

236  
Sed quæritur, vtrū episcopi hæretici, schismatici, aut excommunicati possint ordines cōferre? Respondeo, quod peccant tā recipiētes, quam ipsi conferētes: nihilominus tamē veros ordines, & verum sacramentum conferūt: non est dubium.

237  
Fœmina ordinari non pōt.

Queritur, de impedimentis ordinandorū, vtrū fœmina possit ordinari? Resp. secundū oēs



oēs quod nō. Probat S. Th. quia ordinati in ecclesia præficiuntur alijs, fœminæ verò officium est subesse. Et prohibitum est eis in ecclesia loqui, quod est officium sacerdotum. Item secundum Paulum. 1. Corin. 11. Mulieres non debent tonderi, sed initium ordinis est tonsura.

De pueris verò non habentibus vsum rationis dicit S. Tho. quod esset contra præceptum eos ordinare saltem maioribus ordinibus, quia minoribus permittitur in septennio. Secundo dicit, quod si puer in cunis ordinaretur in sacerdotè, esset vere ordinatus. Quia hoc sacramentum non requirit actum ex parte suscipientis sicuti & baptismus & confirmatio.

Quæritur, de ordinandis quæ ætas & qualitates & meritâ requiratur vt licet atq; legitime ordinentur. Resp. quia hæc de re ad longum abunde atq; apertissimo sermone differunt atq; diffiniuit concil. Tridenti. sessio. 23. de sacraméto ordinis: agēs de reformatione à cap. 4. deinceps per quam plura alia, vide & contule locū præallegatum.

Homicida ante baptismum non potest ordinari ex traditione ecclesiæ. Si autem de factò ordinetur, tenebit. Per homicidam vero intelligitur in proposito, omnis voluntarie occidens, aut mutilas aliū, vel seipsum post baptismum: siue id fiat licite, siue illicite: omnis ta-

338

239

Homicida & mutilator non potest ordinari nisi occidat in tu defensione rem.

## De Sacramēto Ordinis.

lis est irregularis, vt iudex, liētor, & etiam mā-  
dās, præcipiens, consulens vt aduocatus. Et ex-  
tenditur hæc irregularitas ad eos qui comitan-  
tur malefactorē seruantes, ne rapiantur illi qui  
sunt morte pleētendi, quia quodammodo coo-  
perantur homicidio. Nescio tamen an hoc sit  
expressum in iure: si non est, nollem eos condē-  
nare: nisi propterea quod qui comitantur, sic  
sunt causa mortis, quod non sequeretur mors,  
si ipsi non custodirent reum. Qui autem pug-  
no extrahit dentē, nō dicitur inutilator, ac pū-  
de nec est irregularis: quia pœnæ iuris sunt re-  
stringendæ, non ampliandæ. De illis qui sunt  
causa, quod alij citius moriantur, vt assistētes  
infirmis, & vertentes illos: dico quod si hoc fa-  
ciant hoc prætextu vt citius moriantur, forte  
manent irregulares. Si verò bona fide id faciāt  
non puto eos incurrere irregularitatem, quæ  
est grauissima ecclesię pœna. Si autem quis piā  
se defendendo alium occidat, antiquitus & tē-  
pore S. Th. erat irregularis, vt ipse ait. 3. p. q. 39.  
ar. 4. Sed hoc reuocatum est per nouā Clemēti-  
nam, si se defendat cum moderamine inculpa-  
tæ tutelæ. Et talis non erit irregularis, sed pote-  
rit illotis manibus celebrare. Ecclesiastici quo-  
que ponentes iudices, & exhortantes vt seruet  
iustitiam, non sunt irregulares. Non defendēs  
autem alium qui occiditur, si ex officio teneba-  
tur

## De Sacramento Ordinis. 120

tur defendere, est irregularis. Si verò non tenebatur ex officio, non est irregularis.

Quæritur, de annexis ordini. Primo de tōtura, an sit cōueniēs quod ecclesiastici tondeantur? S. Tho. & omnes dicunt esse cōueniēs. Primo ratione figuræ, nā significatur ecclesiasticos esse reges: iuxta illud Petri, vos autē genus electum, regale sacerdotiū. Et figura circularis est perfectā, significat perfectiōnē quam habere debet supra omnes alios, qui debet regere in spiritualibus. Tondentur autē in superiori parte ne mens eorum temporalibus impediatur à diuinis contemlandis. vel vt ait Beda, & Rabanus, gestamus coronam nō quia Apostolus Petrus sic attonsus est, sed propter passionem Christi in qua ipse coronam spineam portauit. In concil. Toletano. 4. sub Isidoro. c. 41 reprehenduntur omnes clerici qui in summitate capitis modicum circulum tondebāt, & dicitur quod iste est modus hæreticorum, & mandatur quod de tonso superius toto capite, inferius solum circulū coronæ relinquunt. Hæc in Hispania seruabantur, iam omnia lapsa sunt in deterius. Tonsura autem ista nō est ordo secundum S. Tho. Nam ordines non dātur sine celebratione missæ, tonsura autem datur extra celebrationem. Item quia per tonsuram nulla potestas particularis spiritualis datur, nec tonsu-

240  
Clericis  
tonsurā  
conueni  
enter da  
tur.

## De Sacramēto Ordinis.

ra ordinatur ad eucharistiā, ad quam oēs ordines diriguntur: & sic proprie loquendo nō est ordo, quanuis in cap. Cum cōtingat, de ætate & qualitate ordinandorū, clericatus vocetur: sed capitur ibi ordo large. Est autem Hispaniæ magnus abusus, quod tonsurātur sine quacūq; intētionē veniendi ad chorum. Et ego nō dubito quin peccēt plusquā venialiter episcopi qui hoc sciunt, & tamē de hoc non pœnitēt. De dignitate episcoporum, cardinalium, quā antiqua sit, & vtrum dignitas episcoporum sit iure diuino maior quam cæterorum sacerdotum, licet raro hac sciētia fideles indigent, nō nihil tamē in p̄sentiarum ponendum iudicavi.

In primis firma fide tenēdum est in ecclesia catholica esse hierarchiam diuina ordinatione institutā, quæ cōstat ex episcopis, presbyteris, & ministris, ita enim definitum est in concilio Tridant. sess. 23. cano. 6. his verbis. Si quis dixerit in ecclesia catholica nō esse hierarchiam diuina ordinatione institutam, quæ constat ex episcopis presbyteris & ministris, anathema sit. Deinde etiam firmiter tanquā de fide est tenēdum, episcopos presbyteris esse superiores, habereq; potestātē confirmādi & ordinādi, nec huiusmodi potestas est episcopis cum presbyteris cōmunis. Tandem firma est fide tenendū, ordines ab ipsis episcopis collatos, esse validos

& firmos, veros & reales, sine vlllo populi vel potestatis secularis cōsensu aut vocatione. Pōtremo fide item firma est tenendum nō esse legitimos verbi & sacramentorū ministrōs, qui nec ab ecclesiastica & canonica potestate sunt rite ordinati, nec missi. Ista enim omnia definita sunt in concilio Tridenti. vbi nunc supra cano. 7. cuius verba sunt. Si quis dixerit episcopos nō esse presbyteris superiores, vel non habere potestatem confirmandi & ordinādi, vel eā quam habent illis esse cum presbyteris cōmunem, vel ordines ab episcopis collatos sine populi vel potestatis secularis cōsensu aut vocatione, irritos esse. Aut eos qui nec ab ecclesiastica & canonica potestate rite ordinati nec missi sunt, sed aliunde veniunt, legitimos esse verbi & sacramentorum ministrōs, anathema sit.

Ex quibus cōstat hāresim esse si dicas non esse legitimos ac vere episcopos qui autoritate Romani Pontificis sunt assumpti. Hoc corollarium etiam patet, vbi nunc supra cano 8. Similiter hāresis est si dixeris sacram vñtionē, qua ecclesia in sancta ordinatione vritur, alias quē sacramenti ordinis cæremonias non esse requiritas, sed cōtemnendas & perniciosas, vt definitum est ibidem, cano. 5. & hęc de ordine dicta sufficiant.

## De Matrimonio.

### ¶ SEQUITVR DE SA- cramento Matrimonij.

**D**E sacramento Matrimonij tractat Ma-  
gilt. 4. d. 26. & reijcit illud in vltimum  
locum, quia min<sup>9</sup> spiritualitatis habet.  
Vel quia prius tractandum erat de sacramētis  
quæ ordinantur ad propagationem spiritua-  
lem, & postremo de matrimonio quod quidē  
ordinatur ad propagationem corporalem seu  
temporalem.

¶ 241

Matrimo-  
nium est  
sacramen-  
tum.

¶ **QVÆRITVR** in primis, vtrum ma-  
trimonium sit sacramentum? Respōdeo, quod  
sic, & non est dubium. Nam ad Ephesios. 5. dici-  
tur, sacramentum hoc magnum est, ego autem  
dico in Christo & ecclesia. Et ita etiam deter-  
minatur in concilio Florētino sub Eugenio. 4.  
Idem patet ex his quæ superius habes de sacra-  
mentis in genere. quæst. 5. Item in eodē cōcil.  
Tridenti. sessio. 24. de sacramēto matrimonij  
eadem sentētia definitur in cano. 1. cuius ver-  
ba sunt. Si quis dixerit matrimonium nō esse  
vere & proprie vnum ex septem legis Euange-  
licæ sacramētis à Christo domino institutum,  
sed ab hominibus in ecclesia inuectum, anathe-  
ma sit. Vtrum autem conferat gratiam? Respō-  
deo, quod ex eo quod est sacramentum, cōfert

gra



gratiam non ponentibus obicem, & rite suscipientibus, ut determinatur in concil. Tridenti. sessio. 7. c. 6. 7. & 8. Instituit autem Christus hoc sacramentum Matth. 19. quando illud commendavit, & præcepit inseparabilitatem dicens. Quod Deus coniungit, &c. ex quo, & ex traditione Apostolorum, & magis ex traditione ecclesiæ, habemus quod matrimonium sit sacramentum.

Quæritur, an liceat fidelibus plures simul habere uxores. Respondetur negative, & ita de fide tenendum est. Ut definitur in concil. Trid. ubi supra, cano. 2. cuius ista sunt verba. Si quis dixerit licere Christianis plures simul habere uxores, & hoc nulla lege diuina esse prohibitum, anathema sit.

242

Quæritur, utrum status conjugalis sit anteponendus statui virginatis vel cœlibatus. Respondetur negative, quod nec præferendus, nec æquandus est illis. Et ita firma fide tenendum est. Sic enim definitur ubi supra, can. 10. cuius verba sunt. Si quis dixerit statum conjugalem anteponendum esse statui virginatis, vel cœlibatus, & non esse melius ac beatius manere in virginitate aut cœlibatu quam iungi matrimonio, anathema sit.

243

Quæritur, utrum matrimonium contractum per procuratores sit sacramentum? Respondetur <sup>244</sup> Matrimo-  
nium per

## De Matrimonio.

procura-  
tores con-  
tractum  
nō est sa-  
cramen-  
tum.

Caietanus, quod non. Quia nullum sacramen-  
tum potest cōfici per procuratores. Item, quia  
receptio gratiæ est actus personalis, & non po-  
test dari vno pro altero, sed in quolibet sacra-  
mēto nouæ legis cōfertur gratia, ergo. Dicim⁹  
tamen quod licet talis contractus nō sit sacra-  
mētum, est tamen verum matrimonium. Et ita  
factū fuit Gen 24. per Eliezer seruum Abrahā  
& patrem Rebecæ. Dicit Caiet. quod facilius  
posset papā dispēfare in hoc matrimonio quā  
in eo quod est sacramētum cōtractum, scilicet  
inter præsentes, & per verba de præsenti.

245  
Matrimo-  
nij mate-  
ria & for-  
ma.

Sed cum in omni sacramēto inueniatur ma-  
teria & forma, quæritur quæ sit materia, & quæ  
forma huius sacramenti. Paluda. 4. dist. 29. ait  
quod coniuges se habent vt materia, & verba  
vt forma. Capreo. di. 26. dicit hoc esse probabi-  
le. Melius tamen dicitur cum S. Tho. quod ver-  
ba vnius cōiugis sunt materia, & verba alteri⁹  
sunt forma: puta, verba quæ primo proferun-  
tur sunt materia, & quæ proferuntur vltimo  
sunt forma, quia perficiūt sacramētum. Ita ait  
S. Tho. 4. d. 26. q. 2. ar. 1. 2. & 4. d. 1. q. 1. art. 1. quæ-  
stiuncula. 5. 2. Et ita tenendum est sine dubio.

246  
Matrimo-  
nium est  
obligatio  
mutua in

Quæritur, cum in matrimonio inueniatur  
quatuor, scilicet consensus, contractus, mutua  
obligatio seu vinculū, & copula carnalis, quod  
ho-

horum sit in matrimonium? Respondeo primo ter virū  
& vxorē  
 quod non est copula carnalis: nam inter Ma-  
 riam & Ioseph fuit verum matrimonium sine  
 tali copula. Secundo dico, quod nec cōsensus  
 est matrimoniū. Patet, quia matrimoniū semp̄  
 durat, cōsensus verò nō semper durat. Et si di-  
 cas quod durat virtualiter, dico quod hoc ni-  
 hil est, quia aliquādo pōnitent ambo, & dolēt  
 de matrimonio. Tertio dico, quod nec ipse cō-  
 tractus est matrimonium. Quia contractus nō  
 est nisi expressio consensus, sed consensus non  
 est matrimonium, ergo nec expressio illius.  
 Item quia matrimonium semper durat, est que  
 inseparabile, contractus verò finitur. Restat i-  
 gitor, quod matrimonium est vinculum & obli-  
 gatio illa mutua inter virum & feminam. Pa-  
 tet, quia matrimonium nihil aliud sonat quam  
 organum quoddam & instrumentum ordina-  
 tum ad procreandos liberos. sed vinculum istud  
 quod ponimus ad copulam carnalem in-  
 ter virum & vxorem, requiritur & est neces-  
 sarium, & sufficiens ad procreationem libe-  
 rorum ac eorundem instructionem: ergo illud  
 est matrimonium. Istam mutuan obligatio-  
 nem ponit Paulus. 1. Corinthio. 7. Mulier pote-  
 statē sui corporis nō habet, sed vir: similiter &  
 vir potestatē sui corporis nō habet, sed mulier.  
 &c.

## De Matrimonio.

247  
Consen-  
sus in ma-  
trimonio  
necessa-  
rius.

Queritur, de causa huius vinculi, vtrum ad hoc vinculum causandum requiratur & sufficiat consensus? Resp. quod consensus requiritur & est omnino necessarius & sufficiens causa matrimonij: & in hoc oēs doctores cōueniūt. Sed dices, nemo erit certus de matrimonio, quia nemo potest esse certus de consensu alterius coniugis. Resp. quod non requiritur quod habeamus certitudinem evidentiae, aut fidei de consensu alterius, sed sufficit certitudo moralis ad securitatem conscientiarum.

248  
Dubitās  
de cōsen-  
su coniu-  
gis quid  
facturus.

Sed quid si vnus coniugum habeat certas coniecturas quod alter coniux non consensit, vt quando quis contraxit cum puella quæ omnino respuebat tale coniugium, tñ victa fuit à parentibus, an talis possit exigere & reddere debitum? Scotus. 3. d. 4. & alij doctores dicunt, quod quando non constat quod fuit timor eadē in virum constantem, & quod ex tali metu consensit, si illa dixit quod accipiebat eum in virum, deponenda est conscientia, & licitū est reddere & exigere debitum: & nō est dubiū de hoc. Si autem non possit conscientiam deponere, quia vidit maximam resistētiam puellæ, & modo dicit se non cōsensisse, dico quod hac conscientia durante, nec potest petere, nec reddere. Imo dico, quod in tali casu etto illa petat non potest vir reddere debitum, nec peccat p

hoc,

hoc, sed debet illi dicere quod consentiat modo. Et si consentit, bene quidem. Si autē dicat, quod nec tunc vult consentire, non potest exigere, nec reddere: non est dubium. Si autem sit dubium pro vtraque parte, deponat conscientiam, & petat & reddat. Quod si non potuerit conscientiam deponere, nō poterit petere, nec reddere debitū. Si verò habuerit formidinem quod illa non cōsensit, dico quod sufficiet probabilitas pro altera parte, & agat contra illam formidinem. Et si in tali casu dicat, quod non cōsensit, non credat ei: nam si crediderit, non poterit ad eam accedere. Et si illa petierit debitum, faciat eam prius consentire, & postea reddat.

Quæritur, quid faciendum quando aliquis cōtraxerit cum aliqua secrete, & postea ille negat matrimonium & contrahit publice cū alia, an illa prius relicta possit cōtrahere cum alio? Respondeo, quod si illa habeat apparētias quod ille nō cōsensit secum in matrimonio: vt puta quia erat magna inæqualitas inter illos, quia ille erat nobilis, & ipsa filia agricolæ, & ipse iurasset se non cōsensisse cum ea, tunc apparentia sufficiens est, quod nō cōsensit: & sic illa poterit transire ad matrimonium aliud. Si tamen illa nō potest omnino credere nisi quod cōsensit, dico quod cum illa conscientia non potest

249

Coniugū  
altero dicente se  
nō cōsensisse, an  
alter liber  
ma  
neat.

acce

# De Matrimonio.

accedere ad aliud in matrimonium.

250  
Cōsensus  
interior  
matrimo-  
nij debe-  
re  
exterior  
exprimi.

Quæritur, an requiratur quod cōsensus in-  
terior exprimat<sup>r</sup> exterior ad hoc vt fiat matri-  
monium? Respōdeo secūdum omnes quod sic.  
Patet apud S Tho. 4. d. 27. q. 2. Et Paluda. ibi. q.  
2. art. 2. & Durād ibi. q. 1. & Scotus, q. v. nica. Et  
glossa. cap. tuæ fraternitatis, extra de sponsali-  
bus. Matrimonium enim est sacramentum: at  
in sacramento oportet quod interueniat ali-  
quod signum sensibile. Et in capit. cum apud,  
de sponsalibus, dicitur, quod requiritur expres-  
sio exterior nō solum ad hoc quod cognosca-  
tur, sed etiam ad hoc vt sit matrimonium. Itē  
probat<sup>r</sup>, quia nūquam homines se contraxis-  
se putāt donec proferantur verba, quantūcum-  
que cognoscant inuicem cōsensus interiores.  
Sufficiunt autē signa exprimētia hunc con-  
sensus: & illa vocantur in proposito verba.  
Et etiam si pater loci puellæ dicat quod sic  
illa præ verecundia tacēte: hoc sufficit, non  
est dubium. Si verò alius à parte exprimeret  
cōsensus puellæ, ipsa tacēte & cōsentiente,  
sufficiet in foro cōscientiæ. Sed forte in foro  
contētioso damnaretur & nō admitteretur.

251  
Consen-  
sus & ver-  
ba de fu-  
turo nō

Sed vt<sup>r</sup>um ad matrimonium sufficiat cen-  
sensus & verba de futuro? Respōd. quod non,  
sed requiritur quod cōsensus & verba sint de  
præsenti. Vt expressē habetur in cap. tuæ fra-  
ter-

ter-



ternitati. de sp̄salibus Accipio te in meam in  
crallinum & deinceps, nō est matrimonium.  
Si autem dixerit aliqua verba ambigua, quæ  
possunt habere duplicem sensum, stādum est  
in foro cōscientiæ intētioni cum qua illa pro-  
tulit: an scilicet dixerit ea animo cōtrahendi,  
an nō. In foro autem exteriori stādum est cō-  
iēcturis.

Quæritur, de illo qui cōtraxit cum aliqua  
proferēs exterius verba & interius non habēs  
consensum, an sit matrimonium? Respondeo  
quod non. Quia dēficiť consensus interior.  
Ideo caueant sibi fatuæ puellæ Sed vtrum sal-  
tem talis teneatur eam ducere in vxorem? Sco-  
rus. 4. dist. 30 q. 1. dicit omnino quod sic: quia  
fecit illi iniuriam in illo cōtractu exteriori nō  
consentiendo. Idem dicit Adrianus, & Paluda.  
Ideo ne putent isti nequam homines impune  
se hæc scelera patrare. S. Tho. dist. 24. q. 1. arti. 2.  
quæstiuncula. 4. dicit, quod in foro cōscientiæ  
non impune agit qui sic deludit puellam: non  
tamē dicit quod tenetur eam ducere. Nec qui  
dicūt, quod tenetur eam ducere, sufficiēter pro-  
bant. Timeo tamē quod est sicut illi dicūt, & est  
verisimile, & velle esse verum.

Quæritur, vtrum qui cōtraxit matrimo-  
niū, possit ad religionē transire? Respōd. quod  
postquam matrimonium est consummatū, nō

in ficiūt  
ad matri-  
moniu.

252  
Verba p-  
ferens cō-  
sensus, si  
ne cōsen-  
su inte-  
riori, ve-  
re contra-  
hit.

253  
Matrimo-  
nium cō-  
trahēs de-  
presen-

## De Matrimonio.

ri, a te co  
pula po  
test reli-  
gionē in  
gredi.

Post ma-  
rimoniu  
consum  
matū q  
possit re  
ligionem  
ingredi.

potest. Et ita tenent oēs doctores. Et est deter-  
minatio ecclesiae. Probat S. Th. quia nullus po-  
test dare alienum, sed consummato matrimo-  
nio, neuter coniugum est sui iuris, iuxta illud  
Pauli, vir sui corporis potestatem non habet sed  
vxor, ergo. Et de hoc sunt multa iura in titulo  
de conuersione cōiugatorum. Sed ab hac regu-  
la generali sunt exceptiones. Prima quando v-  
nus cōiugum cōmisit adulterium, alter potest  
transire ad religionē libere: vt habetur expres-  
se cap. Agathos. 27. q. 2. Secunda exceptio est,  
si vterque cōiugum voluerit profiteri religio-  
nem, tunc licebit ambobus ingredi eam. Et ta-  
men notandum quod de licentia vnus coniu-  
gis alter potest transire ad religionem. dū mo-  
do ille qui dat licentiam ingrediatur etiam reli-  
gionem, vel sit in ætate ienili in qua non sit ei  
periculum continētiae. Nam si tale periculum  
ei immineret, illa licentia nihil valeret, & pro-  
fessio alterius nulla esset. Si autem sit in ætate  
tam senili, quod iudicio praelatorum non sit ei  
periculum de castitate, tūc potest dare licentiā,  
etiam si alter coniux maneat in seculo. De istis  
sunt multa loca in iure, videatis vos illa. Dicit  
etiam Paluda. 4. distin. 27. q. 3. quod quotiescū-  
que licet viro transire ad religionem, licet etiā  
ei transire ad sacros ordines in seculo. In nullo  
doctore hoc inueni, & credo, quod dicit verū,  
quia

quia tūc nullum est impedimentum. Vnde si  
 vxor commisit adulterium, maritus potest p-  
 moueri ad sacros ordines, etiā si non intret in  
 religionem. Et idem dicēdum est si vxor sit ex  
 tra periculum incontinētiae, & dederit viro li-  
 centiam.

Quæritur, vtrum post matrimonium ratū  
 non cōsummatum liceat intrare religionem?  
 Respond ex sentētia omnium, & ex conuetudi-  
 ne & determinatione ecclesiæ, quod sic: etiam  
 altero coniuge reclamāte. Hoc habetur in cap.  
 Verum, & in cap. ex publico, de cōuersione con-  
 iugatorū. Et facta professione alter coniux qui  
 remanet in seculo. potest transire ad secundas  
 nuptias Hierony. dicit (& habetur in cap. scri-  
 bi. 27. q. 2) de Macario, quod post apparatus  
 nuptiarum transijt ad eremum. Et in prologo  
 euangelij Ioannis, dicit quod Christus assump-  
 sit Ioannē a nuptijs. Idem dicitur de beato Ale-  
 xio filio Euphemiani.

Quæritur, si sponsus vi consummauit ma-  
 trimonium, an possit illa transire ad religionē  
 eo inuito? Videtur, quod nō, quia iā matrimo-  
 nium est consummatum. In contrariū est quia  
 ille fecit iniuriam, ergo videtur, quod talis in-  
 iuria debeat reparari: & cum ipsa ante iniuriā  
 possit ingredi, poterit etiam post acceptam cō-  
 tumeliam. De hoc nihil uidi in iure determina-  
 tum,

254  
 Post ma-  
 trimoniū  
 ratum &  
 non con-  
 summa-  
 tum alte-  
 ro religi-  
 onē pro-  
 fitente al-  
 ter potest  
 transire ad  
 secundas  
 nuptias.

255  
 spōso vi  
 matrimō  
 nium cō  
 summan-  
 te, an spō  
 sa possit  
 ingredi  
 religio-  
 nem.

## De Matrimonio.

tum: Ideò probabilis est vtraq; pars. Et ita putat Durã. licet ei magis, p̄babile videatur quod nõ potest ingredi religionẽ, quia iam est ibi vñ culuin carnale, & nõ tantum spirituale. Et licet vir male fecerit, non tamẽ debet hac pœna puniri. Caueret ipsa sibi, vel intraret antea religionem. Palud. reputat magis probabile, quod possit trãfire. Vtraq; opinio videtur mihi probabilis. Tamẽ hoc est vnum certum, quod licet illa intret religionem, matrimonium non dirimetur, nec ille poterit trãfire ad secundas nuptias ipsa viuẽte: quicquid dicat Durandus.

256  
Ante con-  
summati-  
onẽ ma-  
trimoni-  
j licet in-  
trare reli-  
gionẽ in  
qua sit  
votum  
solemne.

Quod diximus supra, scilicet, quod ante cõsummationem matrimonij licet ingredi religionem, intelligẽdum est de religione in qua sit votum solẽne. Vnde a las beatas, quæ vocãtur terceras quas puto solã facere votum simplex: non poterit trãfire. Quia ob tale votum non posset dirimi matrimonium, ac proinde, ni casar se el que quedaua enel siglo. Imò: si ille beatæ nuberẽt, licet peccarẽt, teneret in matrimonium.

## DE SPONSALIBVS.

257  
spõsalia  
quæ di-  
cãtur.

**S**PONSALIA sunt promissio futurarum nuptiarum quæ iam in Hispania ferre non fiunt, sino desposorios de præsentibus.

ti. Sunt igitur sponsalia, inmutua promissio futurarum nuptiarum. Nec sufficeret dicere, ego propono te habere in uxorem, nolo tamen me obligare. Talia non sunt sponsalia: ut male putat Paludanus. 4. distinct. 27. sed requiritur stipulatio & obligatio. Fiunt autem dupliciter, ut ait S. Thomas. 4. distinct. 27. questio. 2. articul. 1. Uno modo sine conditione, quacunque, & talia statim sunt sponsalia. Alio modo sunt cum conditione, ut si dicam, ducam te si dederis mihi mille aureos, vel si pater tuus consenserit. Nos simul tractabimus de conditionibus appositis sponsalibus, & de appositis matrimonio.

Quæritur, utrum si sponsalia contrahantur inter personas illegitimas, animo contrahendi sub hac conditione, si papa dispensauerit: adueniente conditione sint vera sponsalia? & si fuerunt verba de presenti, an sit matrimonium conditione adueniente? Et augeatur dubium, ponamus quod isti postquam venit dispensatio, habeant eam ratam. In Flandria fuit hic magna controuersia cum aliquibus iuristis super isto casu. Sed respondeo, quod non est matrimonium, & oppositum est error intolerabilis. Ratio est, quia ante dispensationem hæc non erat uxoritus, igitur nec potest. Quia papa non potest dare uxorem, sed solum dat facultatem ducen-

258  
sponsalia  
& matrimonium  
cum conditione adueniente conditione  
non sunt,  
per hoc sponsalia, aut matrimonium.

## De Sponsalibus.

cendi illam Et si talis transiret ad secundas nuptias, nō compelleretur sumere primam cōsanguineā. Allegabāt mihi multa capita iuris, sed nihil omnino faciebant. Secūdo dico, quod talis contractus nō solum non est matrimonium, sed nec est sponsalia vllō modo, etiam adueniente dispensatione: sed quicquid factum est totum est irritum, & contractus est nullus. Est lex inter stipulantem. ff. de verb. obli. §. sacram rem, vbi est casus, quod si fiat stipulatio de sacra re, vel de re de qua non commercium, de qua non poterat fieri sine cōsensu principis, stipulatio est nulla, & non redit obligatio adueniente cōsensu principis Adeo est reprobatus ille contractus, vt sit super eo excōmunicatio. Sic igitur dico in proposito, quod prædictus contractus est nullus, etiam si iurare: & peccarem iurando, quia est contra bonos mores. Sed quid si personæ legitimæ contrahāt sub conditione honesta, vt si pater tuus cōsenserit, vtrum adueniente conditione sit matrimonium? Panormita. & Canonitæ dicūt quod sic, & Palu. videtur eos sequi. Sed Adrianus, & communis sentētia doctorum dicunt quod non, sed solum sunt sponsalia. S. Th. 4. d. 27. dicit quod si conditio sit de futuro, etiam si verba sint de præsentī, idem est iudicium sicut de cōsensu de futuro, qui exprimitur per verba de futuro, ac proinde adueniente



te conditione manēt sponsalia. Et dato quod errore putans talem contractum esse matrimonio, consummet illud, nō est adhuc matrimonium, quia ex errore processit. Itaq; regula generalis est, si in isto instāti nō est matrimoniū, quicquid postea superueniat, nō erit matrimonium: nisi de nouo & de præsenti iterū fiat.

Quæritur, an si quis apponat cōditionē impossibilem, scilicet cōtraho tecū si digito tetigeris cœlum, aut si dederis mihi regnum, an sit matrimonium? Respondeo, quod est determinatio in cap. finali, de conditionibus apposis, ubi papa in fauorem matrimonij dicit, quod si apponatur in eo conditio turpis vel impossibilis, habeatur pro non adiecta. Et si absq; illa cōditione erat matrimonium, etiā erit matrimonium ea appōsita. Adrianus dicit, quod vel illa conditio apponitur seriō vel ioco. Si primum, dicit quod ibi est verus consensus, ac proinde matrimonium. Si secundum, dicit quod nō est matrimonium quia non habuit consensus. Si denique non habuit cōsensum interiorē, quicquid apponatur non erit matrimonium. Si verō habuit consensus, erit matrimonium, esto apponat conditionem impossibilem. De hac cōditione impossibili S. Tho. nihil dicit.

De alijs conditionib<sup>9</sup> dicit S. Tho. quod vel conditio est de præsenti, vel de futuro. Si primum, 259

Cōditio  
impossi-  
bilis vel  
turpis in  
matrimo-  
nio habe-  
tur p̄ nō  
adiecta.

260

Conditio-  
nes in

mun,

## De Sponsalibus.

matrimo  
nio appo  
sitę varię

inum, vel est cōtraria bonis matrimonij, vt cō-  
traho tecum si fueris sterilis, & tunc non tenet  
matrimonium, siue sit turpis conditio, siue nō:  
Vel non est contraria bonis matrimonij, & sic  
siue sit honesta, siue non, tenet matrimonium  
stāte conditione. Videtur loqui S. Tho. contra  
illud cap. sed loquimur in foro cōscientiæ. Vel  
conditio est de futuro, & tunc si sit necessaria,  
vt contraho tecum si sol oriatur cras, est matri-  
monium. Quia iam habetur talis conditio pro  
apposita saltem in suis causis, & sic pręsumitur  
de pręsenti. Sed hoc non obstat, si intētio cō-  
trahendi est pro crastina die, solum sunt spon-  
salia de futuro. In foro tamen contētioso prę-  
sumitur de pręsenti. Si autem sit conditio con-  
tingens, secundum S. Thomam posita cōditio-  
ne est matrimonium, & non apposita non e-  
rit matrimonium: & hoc siue conditio sit ho-  
nelta siue non. At secundum iura, si sit cōditio  
turpis, habetur pro non adiecta: vt si dicat, cō-  
traho tecum si occideris inimicum meum, &  
est matrimonium verum. Et hæc de his.

## DE BIGAMIS.

**B**igamus dicitur qui bis duxit vxorem, de quo quæritur an sit irregularis ad sacros ordines suscipiendos? Respond. quod duplex est bigamia. Quædam proprie dicta de eo qui bis duxit vxorem, & de hac loquitur Paulus, Titum. 1. Oportet episcopum sine crimine esse, vnius vxoris virum. Alia est bigamia interpretatiua & impropria, quæ habet idem impedimentum ac prima. vt si quis duxit viduam. Nam vna ratio, quare bigamus expellitur ab ordinibus, est propter significationem, quia tale matrimonium nõ significat coniunctionem Christi & ecclesiæ. Quia Christus non habuit nisi vnicam vxorem, vnicam ecclesiam, eamque virginem & incontaminatam. Alia est etiam bigamia similitudinaria, quando quis habes vnam vxorem viuam cõtrahit cum alia. Item est bigamus qui post votum simplex castitatis, duxit vxorem. Et qui post susceptos ordines contraxit. Oes isti sunt irregulares, & repelluntur ab ordinibus suscipiendis. Omnes tamẽ istæ irregularitates sunt de iure positiuo.

**Q**UÆRITVR, vtrum irregularitas bigamiæ tollatur per baptismum? Fuit quæstio inter Hieronymum & Augustinum, Hieronymo dicente quod tollebatur, quia manet noua creatura. Augustino vero dicente quod nõ, quia baptismus solũ tollit peccata, nõ alia vincula: sicut

## De Bigamis.

nec tollit matrimonium. Hæc autem opinio Augustini allegatur à Gratiano, capit. Acutius. 26. d. & omnes canonice tenent eum eo, & S. Th. Mayo. verò tenet cum Hierony. Sed tenendum est cum Augustino. Quia signum est quod postquam quis bis contraxit, quod continebit. Et etiã quia esset in illo matrimonio imperfecta significatio coniunctionis Christi & ecclesie. At vtrum possit ecclesia dispensare cum bigamo? Dico quod sic, sed nõ sine magna causa, propter verba Apostoli.

263  
Copula carnalis superuenies sponsalibus an efficiat matrimonium.

Quæritur, vtrum copula carnalis superueniens sponsalibus de futuro efficiat matrimonium. S. Tho. distinguit in foro conscientie si non est consensus, non est matrimonium. In foro autem contentioso, quia non est aliquod signum quod magis exprimat consensum quam copula, iudicabitur matrimonium: vt habetur in cap. Is qui Et in cap. vlti. de sponsalibus. Sed quid si per ignoratiam credebat quod per sponsalia erat iam vxor sua, & isto animo accessit ad illam & consummauit matrimonium, aliàs non consummaturus, an sit in matrimonium? Dico quod non. Et est expressa sententia S. Th. nihil enim consensui tam contrarium ac error. Item ante hoc non erat matrimonium, & non sunt apposita requisita ad matrimonium, ergo.

264  
Post ac-

Quæritur, si iste talis accesserit ad sponsam post

post sponsalia de futuro, non consummādi ma-  
 trimonij gratia, sed animo libidinoso, si postea  
 contrahat cum alia, an hoc secundum sit verū  
 matrimonium? Respondeo, quod sic. Quia pri-  
 mum non fuit matrimonium, quāuis papa ille-  
 gitimauerit secundum in cap. Is qui, de sponsa.  
 sed hoc fecit papa quia præsumpsit quod pri-  
 mum fuit verum matrimonium. Sed quid ille  
 faciet, quia compelletur ab ecclesia manere cū  
 prima? Et generaliter dubitatur quid faciet ille  
 qui cōtrahit primo cum aliqua secrete, & con-  
 summauit in matrimonium nemine sciēte, & po-  
 stea secundo contrahit cum alia publice, si cō-  
 pellatur ab ecclesia excommunicationibus ad  
 manēdum cum secūda, quid faciet: cum illa nō  
 sit vere vxor? Respond. quod si ille potest con-  
 trahere matrimonium cum illa cum qua cogi-  
 tur manere, debet cōtrahere. Si verò nō potest,  
 vt in casu præsentī, malum remedium habet.  
 Non enim habet aliud remedium nisi quod fe-  
 rat patiēter, nec apud Deum erit excommuni-  
 catus. Debet tamen vitare scandalū, & abire in  
 aliam regionem, vbi poterit audire missam, &  
 communicare manendo cum prima vxore.

Sed mouet S. Tho. dubium in. 4. d. 28. ar. 24.  
 de eo qui post sponsalia de futuro accessit ad  
 virginem animo libidinoso, an talis teneatur  
 eam ducere quia stuprauit virginem? Et do-

cessum li-  
 bidinosū  
 ad sposā  
 de futu-  
 ro, cum a-  
 lia cōtra-  
 hens de  
 præsentī  
 vere con-  
 trahitur.

265

Post spō-  
 Galia d fu-  
 turo libi-  
 dinose  
 corrup-

## De Matrimonio clád.

pens spõ-  
sam tene-  
tur eã du-  
cere.

Virginẽ  
vltro neã  
corrum-  
pens non  
tenetur  
eam do-  
tare.

Et or sanctus concedit, quod tenetur eam ducere postquam promisit, & si non potest eam ducere, debet eam dotare. Et addit, quod hoc est verum quando decipit eam, quod quidem est maxime notandum. Nam qui vltro neã virginem corrumpit, non tenetur eam dotare: quauis enim promiserit ei se ducturum eam in vxorẽ aliquãdo, ipsa tamẽ bene intellexit, quod non debebat facere, quia erat magna inæqualitas inter eos. &c.

## ¶ SEQVITVR DE MATRIMONIO clandestino.

266



VAERITVR, an matrimonium clandestinũ sit verum matrimoniũ. Respondetur, quod talia matrimonia rata erant & vera quandiu ecclesia ea irrita non fecerat. Verum cum sancta Synodus Tridentina animaduertit prohibitiones de non sic contrahendo (propter omnium inobedientiam) iam nõ prodesse, & grãuia peccata perpenderet quæ ex eisdem clandestinis coniugijs ortum habebant, præsertim verò eorum qui in statu damnationis permanerent, dũ priore vxore cum qua clam contraxerant, relicta, cum alia palam contrahũt, & cum ea in perpetuo adulterio viuunt. Cui malo cũ ab eccle-

fia



fia (quæ de occultis nõ iudicat) succurri non  
possit, nisi efficacius aliud remedium adhibea-  
tur. Idcirco sacri Latheranensis concilij sub In-  
nocentio. 3. celebrati vestigijs in hærendo præ-  
cipit vt in posterum antequã matrimoniũ cõ-  
trahatur, ter à proprio cõtrahentiũ parochò, tri-  
bus continuis diebus feliuis in ecclesia, inter  
missarum solennia publice denuntietur, inter  
quos matrimoniũ sit contrahendum. Quibus de-  
nuntiationibus factis, si nullum legitimũ oppo-  
natur impedimentũ, ad celebrationẽ matrimo-  
nij in facie ecclesiæ procedatur, vbi parochus  
viro & muliere interrogatis, & eorum mutuo  
cõsensu intellecto, vel dicat. Ego vos in matri-  
monio coniungo in nomine patris & filij &  
spiritus sancti, vel alijs vtatur verbis iuxta re-  
ceptum vniuscuiusque prouinciæ ritũ. Quod  
si aliquando probabilis fuerit suspicio matri-  
monium maliciose impediri posse si tot præces-  
serint denũtiationes, tunc vel vna tantũ denũ-  
tatio fiat, vel saltem parochò & duobus vel tri-  
bus testib⁹ præsentib⁹, matrimoniũ celebretur.  
Deinde ante illius cõsummationẽ denũtiationes  
in ecclesia fiãt, vt si aliqua subsunt impedi-  
mẽta, facili⁹ detegãtur, nisi ordinari⁹ ipse expe-  
dire iudicauerit, vt prædictæ denũtiationes re-  
mittantur. Quod illius prudẽtiæ & iudicio, san-  
cta synodus relinquit. Qui aliter quã præsentē

## De Matrimonio.

parcho vel alio sacerdote de ipsius parochi seu ordinarij licētia & duobus vel tribus testibus matrimonium cōtrahere attētabūt, eos sancta synodus ad sic contrahēdum inhabiles reddit. Et huiusmodi contractus irritos & nullos esse decernit, prout eos præsentī decreto irritos facit & annullat. Insuper parochum vel alium sacerdotem qui cum minori testium numero, & testes qui sine parcho vel sacerdote huiusmodi contractui interfuerint, nec non ipsos contrahētes, grauitē arbitrio ordinarij puniri præcipit, &c. Hæc omnia fere ad verbum sumpimus ex prædicto concil. Tridē. sessi. 24. in decreto de reformatione matrimonij, cap. 1. Vbi circa finem ordinat, vt parochus habeat librum, in quo cōiugum & testiuū nomina, diēq; & locum cōtracti matrimonij describat, quem diligenter apud se custodiat.

267

Accedēs  
ad spon-  
sam ante  
benedi-  
ctionem  
ecclesiæ  
non pec-  
cat mor-  
taliter.

Quæritur, an sit peccatum mortale post ma-  
trimonium publicum de præsentī accedere ad  
sponsam ante solēnitatem nuptiarum, quod e-  
tiam vocatur matrimoniū. Videtur quod sic,  
quia in cap. Nostrates. 30. q. 5. est prohibitum.  
Et etiam quia videtur quod sit quidam contē-  
ptus ecclesiæ. In cōtrariū est, quia talis vitur  
re sua. Caieta. facit de hoc quæstionem, & dicit  
quod non est peccatum. Paret, quia in lege na-  
turæ non erat peccatum, & in iure nō est pro-  
hibi

hibitum tanquam mortale. Nam illo cap. Nof-  
trates, dicitur, quod non seruare illas conditio-  
nes non esset mortale: & est iam vsus in multis  
partibus: ergo non est peccatum. Idem tenet  
Syluester verbo debitum conjugale. §. 9. & al-  
legat Innocen. Antonium, & Hostien. in cap. 1.  
de sponsalibus. Imò addit quod si timetur ali-  
quod periculum, vel si differuntur velationes,  
consulendum esset eis cōsummare matrimoniū.  
Et quod hoc sit etiā demēte sancti Tho. patet,  
quia 4. d. 28. ar. 23. dicit quod si sponsus per ver-  
ba de futuro petat debitum à sponsa, si illa cre-  
dit, quod ipse accedat cum affectu maritali, nō  
peccat reddens debitum: ergo multo minus si  
sponsus per verba de præsentī petat. Sic igitur  
dicendum est quod non est peccatum morta-  
le: imò aliquando non erit nec veniale. Notan-  
da sunt tamen verba concilij Tridenti. sessio.  
24. de reformatione matrimonij. cap. 1. vbi sic  
dicitur. Præterea eadem sancta synodus horta-  
tur, vt coniuges ante benedictionem sacerdo-  
talem in templo suscipiendam, in eadem domo  
non cohabitēt, statuitq; benedictionem à pro-  
prio parrocho fieri: neq; à quoquam nisi ab ipso  
parrocho, vel ab ordinario licentiam ad prædi-  
ctam benedictionem faciendam alij sacerdoti  
concedi posse, &c.

Quæritur, vt rum consensus coactus suffi- 268  
ciat Consen-

## De consensu coaecto.

sus coa-  
ectus an  
sufficiat  
ad matri-  
moniu.

ciat ad matrimonium? V. g. deprehensus est iu-  
uenis cum puella, & cogitur à parentibus puell-  
læ contrahere cum ea, vel mortem subire, & il-  
le ex metu cõsentit interius (nam si nõ cõsentit  
ret interius, nõ est dubium quin non sit matri-  
moniu, etiam si sine metu proferat verba) an sit  
matrimoniu; S. Tho. 4 d. 29. ar. 2. & oēs docto.  
ponunt distin. de duplici metu. Quidã est me-  
tus cadẽs in virum constantẽ, alius cadens in  
inconstãtem. Constans autem vir ab inconstã-  
ti hoc distat, quod constans nunquam induci-  
tur aliquo timore ad perdendum tamam vt sal-  
uet omnes res suas, quia plus valet fama quam  
res. At inconstans potius vult perdere famam  
quam diuitias, & vult incurrere maius malũ  
vt euitet minus malum. Item vir constans nõ  
mouetur à paruo timore, sed à magno: vt à ti-  
more mortis, captiuitatis, seruitutis, & non à  
timore perdendi cõtum aureos. Inconstans ve-  
rò vir opposito modo mouetur à paruo timo-  
re. Hoc supposito, est conclusio. Consensus coa-  
ectus timore cadente in virum constantem, in-  
pedit matrimonium: consensus verò coaectus  
ex timore non cadente in virum constantem,  
non impedit matrimonium. Patet cap. cùm lo-  
cum. Et cap. veniens. Et cap. consultationi, de  
sponsali. Et expresse in lege meti. ff. quod met<sup>9</sup>  
causa. Et cap. Significauit, de eo qui duxit in

matrimonium quam polluerat per adulterium. Scō. & etiam S. Tho. videtur dicere, quod hoc est de iure naturali & diuino. Quia in hoc sacramento requiritur maxima libertas, & metus in emptione & venditione & alijs contractibus impedit contractus, ergo & etiam hunc. Et Genesis. 2. propter hanc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori suæ: ipse adhærebit sua voluntate motus, & non ab alio. Idē tenet Gabriel: Paluda. dicit, quod hoc est ex institutione ecclesiæ solum, quæ potest dirimere matrimonia in quantum sunt contractus quidam, quæ tamē seclusa institutione ecclesiæ essent vera matrimonia. Hoc dicit. 4. d. 28. q. 1. ar. 3. Idem tenet Maior. 4. d. 29. q. 2. Vtrunq; est probabile. Vocatur autem metus cadēs in virum constantē, metus mortis, cruciatus: vt dicitur in cap. cū dilectus, de his quæ vi metusve causa sunt. Metus stupri in muliere: si quis vellet eā opprimere vt cōtraheret, & ipsa hoc timēs cōtrahit, nullū est matrimonium. Metus vinculoꝝ, & seruitutis. De seruitute habetur in lege isti quidē. ff. quod metus causa. Et instit. rit. eodem. §. 1. 2 & 3. De vinculis habetur in l. nec timorem. ff. eodem titu. Et etiam metus eorū malorum quæ istis æquiparantur. Sed queritur, si quis contraxit metu cadente in virum constantem,

## De cōsensu coactō.

tantem. & postea cōsuminavit copulam, an sit matrimonium? Dico quod si consentit voluntarie est matrimonium. Si verò non consentit, non est matrimonium.

299  
Parentes non possunt cogere filios ad matrimonium.

Quæritur, an parentes possit cogere filios suos ad matrimonium non expectato eorum consensu? Resp. quod non. Quia matrimonium est actio personalis, & requirit proprium consensum. Possunt tamen parentes ante legitimam ætatem filiorum pacisci pro eis: & si illi quando venerunt ad legitimam ætatem nõ contradixerint, sponsalia reputantur: quia patres sunt procuratores eorum. Sed vtrum filij teneantur obedire parentibus in matrimonio, accipiendo quas parætes mãdavit, vel an peccent mortaliter contrahentes sine cōsensu parentum? Respõ. quod liberi contrahentes sine consensu parentum (imo etiam ipsis inuitis) non peccant mortaliter secluso scandalo. Quia licet teneantur eis obedire, nõ tamen in matrimonio, in quo vno sunt domini sui. Et si aliquæ leges dicant cõtrarium, como la ley de Toro que mãda, quod tales exhæredentur. Dico quod leges ciuiles nõ habent vim circa matrimonia nisi sint acceptatæ in iure canonico, hæc autem nõ est acceptata: imò nec in foro cõtentioso iudicatur secundum eam, nõ est dubium. Vide de hoc Couarr. 2. parte de sponsalibus, c. 3. §. 8.

Quæ



Quæritur, vtrum error personæ impediatur  
matrimonium? Resp Magist. 4. dist. 30. & om-  
nes dicunt quod sic. Error personæ vt in Iacob.  
Error conditionis personæ. vt si puto me con-  
trahere cum libera, & contraho cum ancilla, nõ  
tenet matrimonium. Error personæ impedit  
de iure naturali, quia tollit consensum. Iacob  
enim non consenserat in Liam. Error conditio-  
nis impedit iure positiuo, vt patet in c. Propo-  
suit, de coniugio seruorum. Factum est autem  
hoc ab ecclesia rationabiliter. Quia contrahens  
cum setua, manet quodammodo seruus, & filij  
manet serui: non est autem æquum, quod quis-  
piam sine culpa sua puniatur tam graui pœna.  
Alij errores qualitatis, & fortunæ, nõ impediunt  
matrimonium: vt si putet eam pulchram & est  
deformis, diuitem & est pauper, sanam & est  
ægra, bonam & est mala, &c. Si verò seruus pu-  
tet se contrahere cum libera, et si illa sit ancilla,  
tenet matrimonium: vt dicit S. Tho, in additio-  
nibus, q. 52. ar. 1. ad primum.

Quæritur, an vsus matrimonij propter solâ  
delectationem sit peccatum? Respondeo secun-  
dum omnes, quod sic. quia omnis actus qui nõ  
habet bonum obiectum est malus, sed talis ac-  
tus nõ habet bonum obiectum (nam delecta-  
tio cum sit quoddam naturale, nullum obie-  
ctum bonum dicit) ergo ille actus nõ est bo-  
nus:

270  
Error per  
sonæ quã  
de impe-  
diat ma-  
trimo-  
nium.

271  
Matrimo-  
nij vsus  
ppter de-  
lectatio-  
nem est  
peccatu  
veniale.

## De vsu matrimonij.

nus: & sic saltem erit otiosus, & per consequens veniale: cum secundum S. Tho. nō detur actus indifferens in individuo. Item talis actus est abusus matrimonij, ergo est peccatum. Antecedens patet, quia matrimonium non fuit institutum ad illud, sed ad generandam prolem. Idē est de eo qui comedit ppter solam delectationem: quia comestionis finis non est ille, sed sustentatio.

271  
Vfus ma-  
trimonij  
ad vitan-  
dam ren-  
tationem  
an sit pec-  
catum.

Quæritur, vtrum vsus matrimonij propter vitandam tentationem carnis in se ipso, sit peccatum? S. Tho. 4. d. 31 q. 2. ar. 2. dicit quod est veniale. Quia non fuit ad hoc institutum, sed ad bonum fidei, puta ad reddendum debitum vel ob prolem generandam. Et hæc est opinio fere omnium sanctorū super illud, 1. Corint. 7. Hoc autem secundum indulgentiam dico: quia indulgentia est de peccato veniali. Sed forte intelligendus est S. Tho. vt ait Palud. quando habet alia remedia ad sedandam passionem: puta orationem, vel ieiunium, & c. Si vero non sit aliud remedium, licitum erit accedere propter illum finem. Idem dicendum est de illo qui accedit propter abundantiam seminis quæ impedit sanitatem, de quo S. Tho. vbi supra ad vltimū, dicit quod est veniale. Albertus autē dicit, quod est licitum sic accedere.

272  
Abusus

Quæritur, an abusus vxoris sit peccatum  
mor-

mortale? Respondet S. Th. quod si sit extra vas  
fœmineum, est mortale: & non est dubium de  
hoc. Si autem sit intra vas, dubitant doctores  
an si fœmina supergrediatur viro sit mortale?  
Caietanus ait quod si ex hoc impeditur genera-  
tio, est mortale. Et ita dicunt omnes doctores. Al-  
bertus magnus dicit quod potest illo modo se-  
qui generatio. Quia matrix non solum est re-  
ceptiua, sed & attractiua: ideò credo, quod non  
est mortale. Et idem putat Syluester verbo, de  
bitum conjugale. §. 4. Dicit tamen, quod tales  
sunt grauiter reprehendendi.

Queritur, an oscula, amplexus, & tactus in-  
ter virum & vxorem sint peccatū? Resp. secun-  
dum Caiet. & Syluest. & omnes alios bene sen-  
tientes, quod omnes prædicti actus quantun-  
cunq; videantur impudici, si vltimate ordinā-  
tur ad copulam, non sunt peccata. Et etiam si  
non ordinentur ad congressum ipsum, non e-  
runt mortale, dummodo fiant sine periculo  
pollutionis extra vas. Si enim sunt eum tali  
periculo, erunt mortale. Sine illo autem  
vel erunt veniale, vel nullum peccatum.

Aduertant in hoc confessores, ne sint nimis  
solicitī in interrogatione horum, quæ inter  
coniuges fiant. Nec curent quod confiteantur  
de his venialibus: melius est enim quod ea si-  
leant. Et admonendi sunt coniuges quod nō te-  
neant.

vxoris  
peccatū  
est.

274  
Oscula &  
tactus co-  
iug. co-  
tum non  
sunt pec-  
cata mor-  
talia.

## De redditione

nentur illa confiteri: nisi quādo sunt mortalia.  
Et instruātur quādo committunt mortale, &  
quando non.

275  
Cōiugēs  
tenentur  
reddere  
debitum

Quæritur, vtrum coniuges teneātur redde  
re debitum sub pœna peccati mortalis? Respō  
deo, secundum omnes quod sic. Quia corpus  
v xoris est viri, & econtrā, & ob id iniuriam fa  
cit qui negat alteri quod suum est. Et si quidē  
vir periclitetur de incōtinētia, debet vxor red  
dere statim debitum: quia esset periculum in  
mora. Si autem non sit hoc periculum, non est  
mortale si per aliquod breue tempus differat.  
Neuter tamen coniugum tenetur reddere debi  
tum cum detrimēto salutis, vel propriæ perso  
næ. Vnde si sit maritus leprosus, o con mal de  
bubas, si est periculum iudicio medicorum, nō  
tenetur reddere. Quia licet cap. 2. de coniugio  
leproso, dicatur, quod non potest mulier sana  
relinquere maritum leprosum, & quod tenetur  
reddere debitum, tamē intelligendum est quā  
do hoc potest fieri sine infectione ipsi<sup>9</sup> vxoris.

276  
Vir acce  
dens ad  
vxorem  
mēstrua  
rā an pec  
cet morta  
liter.

Quæritur, vtrum quando mulier patitur  
menstruum, & sanguinis fluxum, possit vir pe  
tere debitum, & illa teneatur reddere? Videtur  
quod non. Quia in lege veteri erat prohibitū,  
& Hieronymus dicit super Isaiam. 44. quod si  
conceptio fiat tempore menstrui, proles nasci  
tur leprosa maculosa, & debilis, quod & appro  
bant

bant naturales, ergo. S. Tho. 4. d. 32. q. 2. art. 2. di-  
 cit duo. Primo quod in lege veteri erat morta-  
 le. nam erat præceptum in contrarium. Leuiti-  
 ci 18. Secundo dicit, quod præceptum illud par-  
 tim erat cæremoniale, & partim morale: & ideo  
 etiam nunc obligat ex ea parte qua est morta-  
 le, & ex damno quod sequitur in prole. Pro ha-  
 ius igitur declaratione ponit S. Tho. distinc-  
 tiōne. Duplex est sanguinis fluxus in mulieribus.  
 Quidam innaturalis & perpetuus, sicut erat  
 ille quæ patiebatur mulier quæ tetigit simbriam  
 Christi. Et si vxor talem fluxum patiat, licitum  
 est quod reddat & petat debitum. Quia melius  
 est quod sequatur foetus defectuosus, quàm quod  
 nullus sequatur. Alius est fluxus naturalis, qui  
 prouenit in quolibet mense. Et tunc non debet  
 exigere, quia postea manet tempus. Si autem vir  
 nesciens illud, petat debitum, respondeat ipsa  
 quod non bene habet. Non tamen debet dicere  
 se menstruatam esse (vt ait S. Tho.) quia viri fa-  
 ciliter ægre ferunt illud, & conipiunt horro-  
 rem de mulieribus, & ne hoc sequatur, debent  
 potius hoc tacere mulieres, vel alia via se excu-  
 sare, quia debet dari opera vt inter eos amor  
 crescat. Tamē si maritus insistet, illa nō multum  
 repugnet, sed reddat debitum propter pericu-  
 lum corruptionis in viro. Et quoniam non est  
 certum quod ex tali cōcubitu sequatur proles

## De redditione debiti.

infecta, vel si sequatur hoc erit raro: ideo maritus accedens ad uxorem menstruatam, vel illa petens ab eo debitum, non peccant mortaliter. quicquid dica Sylue. sed erit peccatum veniale, ut dicit Caieta. in summa, & Paluda. Et ita tenendum est.

277  
Spōsa ante  
te eccle-  
siæ bene-  
dictiones  
non tene-  
tur redde-  
re debitū  
sponso  
petenti.

Quæritur, an spōsa ante benedictionem ecclesiæ teneatur reddere debitū marito petenti? Respond. quod infra duos menses ante benedictionem ecclesiæ post matrimoniū de præsentibus non tenetur reddere debitū. Quia datur illi ad hoc quod si voluerit religionē ingredi, intret. Nec etiam post illos duos menses tenetur reddere ante benedictionem ecclesiæ: sicut nec tenetur marito petenti in ecclesia. Quia vti siquæ est prohibitum.

278  
Accede-  
re ad vx-  
orem in fe-  
sto an li-  
ceat.

In magnis festiuitatibus dicunt sancti, quod non debet conuenire in iugum: quia oportet vacare diuinis. Si tamen de facto conueniant, licet sit aliqua irreuerentia, non tamen est mortale, & sancti consulant, quod melius est. Vir autem qui habuit rem cum propria uxore nocte præcedente comunione, melius faciet non comuniendo illo die: sed differat in alium diem, & idem de uxore. Si autem comunificent, non erit mortale, sed veniale propter irreuerentiam.

279  
Accedere  
ad suam

In loco autem sacro non licet accedere ad propriam, quia pollueretur ecclesia. Tempore ta-

men-



vxorē in  
ecclesia  
tempore  
belli, an  
liceat.

men belli quando inoratur in ecclesia per mul-  
tum tēpus dicit Caieta. opuscu. 16. quæstionū.  
q. 14. dubio. 4. & Palud. 4. d. 32. quod nō licet vl-  
lo modo accedere ad suam etiā vxorē. Maior.  
ait quod illo tūc licet. Et Syluest. dicit quod si  
timeatur corruptela in viro, liceret vxori red-  
dere ei debitum. Hoc est probabile & forte ve-  
rum. Sed opinio Caieta. est securior.

280

Cōiuges  
an pos-  
sint con-  
tinētiā  
vouere.

Quæritur, vtrum coniuges possint vouere  
continētiā. Resp primo quod hoc nō expedit  
si sint in iuuentute propter periculū. Secūdo di-  
co, quod si ex mutuo consensu hoc fecerint, lici-  
tum est, & votum tenet. Sed vtrum alter solus  
possit vouere? Dico quod male faciet, quia est  
in iniuriam alterius. Sed quæritur, an si fecerit  
votum vir, possit nihilominus reddere debitū  
S. Tho. in additionibus ad tertiam partem. q. 53.  
ar. 1 ad. 4. dicit quod tunc tenetur reddere, & li-  
citū est ei exigere: cū Paulus dicat, Nolite frau-  
dare inuicem. Et nō debet vir ponere se in tali  
statu, quod non sit potens releuare vxorem ab  
onere petēdi debitum. Caiet. lib. 16. quæstionū.  
16. dicit quod tale votū tenet. Et vir nō potest  
petere, licet tamen & tenetur reddere. Idem di-  
cit Paluda. Sed mihi magis placet opinio San-  
cti Tho. Et ita tenēdum est.

281

In matri-  
monio ra-

Quæritur, vtrum papa possit dispēsare in  
matrimonio rato non consummato? Cōmunis  
opi

## De dispensat. in mati.

to non  
consum-  
mato an  
possit Pa-  
pa dispē-  
fare.

opinio canonistarum est, quod potest, & quod  
sic dispēsatī possunt trāsire ad secūdas nuptias,  
ex iusta & rationabili causa ad petitionem am-  
borum coniugum. Hec Ioannes Andreas super  
cap. ex publico, in suis nouellis, Et Archidiacono.  
in cap. quapropter. 27. q. 2. Et Benedictus in c.  
ex publico. Syluester allegat pro hac opinione  
summam Angelicam. S. Antoni. 3. p. tit. 1. c. 22. vi-  
detur esse cum canonistis, & dicit se legisse bul-  
las Martini quinti, & Eugenij. 4. in quibus dis-  
pensatum est circa hoc. Et Caieta. quodlibet. 3.  
q. 13. tenet quod Papa potest dispēfare. Hæc o-  
pinio videtur probabilis, sed malo tenere cum  
opinione communi, quod papa non potest dis-  
pensare. Nam Paulus dicit. 1. Cor. 7. His autē qui  
matrimonio coniuncti sunt, præcipio nō ego,  
sed domiuus, vxorem à viro non recedere. Et  
Matth. 19. Quos Deus coniunxit homo non se-  
paret. Et cum Christus dixerit ibidē quod non  
licet vxorē dimittere, nisi propter fornicatio-  
nem: iam inueniretur alia exceptio, scilicet dis-  
pensatio papæ. Teneamus igitur cum tota ca-  
terua theologorum quod papa non potest dis-  
pensare in matrimonio rato. Vide Sylue. verb.  
Diuortium. §. 1. & 4.

282

Impedi-  
menta  
matrimo-

Quæritur de impedimentis matrimoniij.  
Sunt quidem aliqua quæ impediunt matrimo-  
nium, tamen si fiat, factum tenet. vt est tempus  
in

## De impedimēto matri. 147

in quo matrimonium fieri prohibetur, & tamē nisi dupli-  
 si fiat in diebus prohibitis, factū tenet. Alia sunt cia quæ-  
 impedimenta quæ impediunt matrimonium dam diri-  
 faciendum & dirimūt factum: & hæc sunt sex- mentia a  
 decim in his versibus coniēta. Error, conditio, lia impe-  
 ditentia,  
 votum, cognatio, crimē. Cultus, disparitas, vis,  
 ordo, ligamē, honestas. Si sis affinis, si forte coi-  
 renequibus. Hæc facienda vetant cōnubia, fa-  
 cta retractant. Agamus igitur de his omnibus.

Quæritur, an si fuerit aliquis impotens ad  
 concubitum, teneat matrimonium cū illo? Res  
 pond. quod duplex est impotentia. Quædam, 283  
 perpetua, & hæc tam in viro quam in fœmina Impoten-  
 irritat matrimonium, vt si spado cōtrahat ma- tua dirimi-  
 trimonium nō tenet, vt in c. 1. de frigidis & ma- mit ma-  
 trimo-  
 trificiatis. Si autem post matrimonium super- nium.  
 ueniat impedimentum, non irritat matrimo-  
 nium. Nam quod semel fuit matrimoniū, sem-  
 per erit firmum Et hoc impedimētum iure na-  
 turali irritat matrimonium: sicut iure natura-  
 li prohibētur duæ fœminæ contrahere inuicē.  
 Sed quomodo cognoscetur, an talis impoten-  
 tia sit perpetua? Respond. quod debent esse per  
 triēnium iuncti, & dare operam rei vxoriæ: &  
 si post triēnium conitet de impotentia alicu-  
 ius, debent separari: Vt habetur in cap. Laudabi-  
 le, in illo titulo. Sed si statim possit agnosci, quod  
 sit impotētia perpetua, statim debēt separari.

## De impedimēto matri.

Vide Syluest. verb. Matrimoniū. 8. §. vltimo.

284  
Pueri an  
te deci-  
mū quar-  
tum an-  
num non  
possunt  
contrahere.

Quæritur, de pueris habentibus quidem v-  
sum rationis, an possint contrahere ante deci-  
mū quartum annum? Resp. quod nō. Quia est  
determinatio ecclesię, quod pueri ante decimū  
quartum annū, & puellę ante duodecimū non  
possint cōtrahere: vt patet in c. Puberes, & cap.  
cōtinebatur, de sponsa. impube. quod fuit de-  
terminatum propter rationem Aristot. dicētis,  
quod ante illam ætatem nō sunt habiles ad ge-  
nerandum. Si tamen ante prædictam ætatem  
contrahant, quauis non sit matrimonium, sunt  
sponsalia, ex iuris dispensatione, & tenetur po-  
stea cōtrahere, vt patet in cap. vnico, de des-  
pons. impube. lib. 6. Si autē parū ante legitimā  
ætatem contrahant & consumment matrimo-  
nium, vt puta vir in anno. 13. & femina in. 11.  
erit verum matrimoniū: vt habetur in cap. de  
illis. 2. de desponsatione impube. Et etiam citra  
iuris determinationem, patet quod sit ibi verū  
matrimonium, quia illa erant sponsalia, & co-  
pula superueniens facit matrimoniū, ergo. Et  
si sint iam habiles ad generandum, etiam si nō  
consummauerint, erit matrimonium, malitia  
ætate supplēte, vt etiā ait textus. Spōsalia ve-  
rō ex iuris dispositione possunt celebrari in sep-  
tēnio, & etiā si sint prope septenniū: vt tenet S.  
Tho. 4. d. 27. & est cōmunis opinio, licet Panor  
mita.

# De impedimēto maleficij. 148

mita. teneat contrarium.

Sequitur aliud impedimentum scilicet maleficiū, quod aliquando arte dæmonis (de quo ait Iob quod non est potestas super terrā quæ comparetur ei) inuenitur inter coniuges. Potest enī maritū reddere frigidum, & facere ne possit in membrum arrigere, & impedire decissionem seminis applicando actiua passiuis. Quāuis posset esse tantus amor inter cōiuges, quod eorum calor præualeat & super ea quæ dæmō apponit vt infrigidet. Vnde dicit Albertus Magnus, quod ista maleficia maxime contingunt circa rusticos.

285  
Maleficiū  
& ligamē  
impedit  
matrimo-  
nium.

Quæritur ergo, an hoc ligamen impediatur matrimonium? Resp. quod si hoc cōtingat post matrimonium factum nō impedit. Si verò ante matrimonium, tunc si est perpetuum impedit, si autē sit tēporale nō impedit, sic habetur in cap. ultimo, de frigidis. Cognoscetur autem hoc malefium si possit cum aliena & non cū propria. Et debent simul habitare per triēniū, & si non possint conuenire, tunc reputabitur malefium perpetuum.

286

Quæritur, an amētia seu furor impediatur matrimonium? Resp. quod amētes nō possunt cōtrahere, & si contrahāt, matrimonium non tenet. quia ad matrimonium requiritur cōsēsus & vsus ratiōis, quo illi carēt. Itē nemo se pōt a dāliquid

287  
Amentia  
& furia  
an impe-  
diat ma-  
trimoniū

## De impedimēto matri.

obligare nisi volūtarie & libere, isti autem non habēt libertatem arbitrij, ergo. Ad irritandum verò matrimonium non sufficit quod a mentia præcesserit, vel sequatur ipsum matrimonium: sed requiritur quod sit amentis tempore quo contrahit. Si autem post matrimonium contractum vir incidit in amentiam, non dirimitur matrimonium: & puto probabilissimū quòd tunc non teneatur vxor reddere debitū marito petēti, quia non libere petit nisi timeat corruptelas alias in viro, & quod, quærat alienas.

288

Crimē in  
cesto im-  
pedit m-  
trimoniū

Quæritur, de impedimento criminis quod est incestus, an si quis cognouit aliquā, & postea contrahit cum sorore eius, teneat matrimonium. Respōd quòd crimē incestus, dupliciter impedit matrimonium. Vno modo propter affinitatem, quia est affinis illius cū qua contrahit intra quartum gradum: & de hoc dicem⁹ infra. Alio modo habet impedire matrimonium, ex hoc quod cognouit consanguineam eius cum qua contrahit, & de hoc quærimus vtrum tale crimē incestus impediatur matrimonium? Resp. S. Tho. in additio. q. 5. ar. 4. quòd si quispiam cognouit consanguineā vxoris ante matrimonium cōtractum, & etiam post sponsalia, debet matrimonium separari propter affinitatem quam contraxit cū sua sponsa cognoscendo cōsanguineā eius. At si talis incestus se-  
qua



quatur post matrimonium iam contractum & consummatum, non dirimit illud: sed in pœnam peccati, non potest vir petere debitum à propria vxore, & si petat peccat mortaliter. nec vxor tenetur ei reddere debitum. Si tamē vxor petat, ille tenetur reddere: quia vxor nō debet puniri pro peccato viri. Habētur de hoc plura capita, in titulo, Si quis cognouerit consanguineam vxoris suæ. Et. 12. q. 7. cap. Si quis viduā. & c. qui dormierit, & cap. concubuiti. Verum est quod si quis ignorans esse consanguineam vxoris suæ, accederet ad eam, quod poterit petere debitum ab vxore, quia illud non fuit peccatum incestus, sed fornicationis. Hoc dicunt docto. & Palud. 4. d. 34. q. 2. ar. 2. Idem etiam dicendum est si mulier cubuit cum cōsanguineo mariti intra quartum gradum: eadē enim pœna punietur qua maritus, scilicet, quod non poterit exigere, & tenebitur reddere debitum.

Queritur, an causa fornicationis possit vir vxorem dimittere? Respōd. quod sic. Est enim expressum in euangelio Matthi 19. & est secundum ius naturale, quia oportet quod maritus sit certus de prole sua, quod non potest certo sciri si sit adultera vxor. Item quia matrimonium est contractus, & dant sibi inuicem fidē coniuges, ergo altero frangente, alius remanebit liber. Excipiuntur aliqui casus ab hac regu-

289  
Fornicā-  
rem, vxo-  
rē potest  
dimitte-  
re mari-  
tus nisi  
in quibus-  
dam rati-  
bus.

## An sit vxor dimittēda.

1a. Prim<sup>o</sup> si ambo cōmiserint adulterium, quia iam ibi est recompensatio. Iste casus & alij sequentes sunt expressi in iure. 32. quæst. 6. per totam. Secundus si maritus propriam vxorē profertuerit pro pecunia, vel alia re. Hic ponitur in cap. discretioni, de eo qui cognouit consanguineam vxoris suæ. Addit Palud. quod idem est iudicium, si ipse maritus viderit & nō prohibuerit. Tertius vbi vxor putans secum viro congregari, decepta est ignoranter, aut contraxit putans esse mortuum. Hoc habetur in cap. cum per bellicā. 34. q. 1. & 2. & ibidē c. in lecto. Quartus si fuerit vi oppressa, vt habetur in c. proposito. 32. q. 5. Quintus si vir postquam reconciliatus est vxori cognouerit eā tunc nō poterit eam relinquere, vt dicitur. 32. q. 1. c. 1. & 2. & in l. crimē. C. de adulterijs. Sextus si vxor infidelis ab eo repudiata cōtraxerit cum aliquo, & postea veniant ambo ad fidē, debēt iterum conuenire, extra de diuortijs, cap. Gaudemus, parrapho vltimo.

290  
Vir quam  
do tene-  
tur vxor-  
rem ad...  
teram di-  
mittere.

Quæritur, an vir teneatur dimittere vxorē adulterā. Resp. quod nō, sed potest cum ea manere: nisi vxor sit adeo incorrigibilis, quod ratione scandali ne maritus in peccatis eius videatur consentire: tunc enim tenetur ab ea separari. Hæc verò separatio ab vxore adultera, quo ad totum quidem potest fieri sine iudicio

De impedimēto voti. 150

ecclesiæ, quo ad habitationem verò non Ita te-  
nent oēs docto Limitat in Syluest. verbo, Di-  
uor. 8. quod illud est verum, quā adulterium est  
occultum, si enim sit notum quod adultera illa  
cū mœcho plures dies habitauerit, tunc sine li-  
centia ecclesiæ potest ab ea separari quo ad ha-  
bitationem. Patet ex cap. Significasti, de diuor-  
tijs, vbi est casus expressus. Idē tenet Ioā. Andr.  
in c. plerūq; de donationibus inter virū & vxor.

Quæritur, an ordo impediat matrimoniū?  
Resp. quod sic, sed solum de iure positiuo. Vn-  
de etiam dicit S. Tho. quod papa ex rationabi-  
li causa pōt dispensare. Nec Græci sacerdotes  
vt tētes vxoribus, faciunt cōtra ius diuinū. Di-  
co igitur, quod sacerdos, diaconus, & subdiaco-  
nus, non possunt contrahere, quia est prohibi-  
tum ab ecclesia. Si autem cōtrahant, matrimo-  
nium est ipso factō nullum. Si verò post matri-  
monium ratum quispiam ordinetur, non diri-  
mitur matrimonium, sed tenetur manere cum  
vxore: vt patet in extrauagēte antiqua Ioā. 22.

Quæritur, an si quis occiderit propriam v-  
xorem vt contrahat cum concubina, matrimo-  
nium sit validum? Respon. quod tale matrimo-  
nium est irritum & nullum ex determinatione  
ecclesiæ in c. Super hoc, de eo qui duxit in ma-  
trimoniū quā polluerat per adulteriū. Sed si cō-  
trario vxor virum occiderit, vt cōtrahat cū

291  
Ordo im-  
pedit ma-  
trimo-  
nium.

292  
Occidēs  
vxorē vt  
cōtrahat  
cum con-  
cubina,  
non po-  
test cum  
ea contra-  
here.

adul

## De impedimēto voti.

adultero, matrimonium tenebit: quia in iure de hoc nihil est cautum. Si verò aliquis dederit fidem concubinae, quod vxore mortua cōtrahet cum illa, non potest cōtrahere cum ea. Vide iura in illo titulo, de eo qui duxit, &c. At si quis priam occiderit vxorem deprehensam in adulterio peccat mortaliter secundum S. Tho. quāuis iura hoc non puniant. Si verò talis adultera sit iam à iudice dānata ad mortem, poterit maritus eam occidere sicut licetor: quicquid dicant canonistae. Non potest tamen maritus ad hoc cogi sicut licetor.

293  
Votum simplex & solenne impedit matrimonium, sed diuersi modo.

Quaeritur, vtrum votum impediatur matrimonium? Resp. quod duplex est votum. Quoddam est solenne, alterum verò simplex. Votum solenne impedit contrahendum, & dirimit contractum. Votum autem simplex impedit contrahendum, sed non dirimit contractum. Sūt de hoc multa iura expressa in titulo de voto. Et qui post votum simplex castitatis contraxit, peccat quotiescunq; exigit debitum: potest tamen reddere non solum quando vxor petierit, sed etiam quando eunq; sibi videbitur honestū accedere ad eam, aut quando senserit quod ipsa vult, aut quod eget, aut quod est periculum incontinentiae, vt dicit S. Tho. in additionibus, quæst. 83. art. 1 ad quartum.

294  
fidelis

Quaeritur, an cultus disparitas (hoc est infidelitas)

delitas) impediatur matrimonium? Respondeo, cum infidelis con-  
 quod inter infideles sunt vera matrimonia. Et trahere  
 ita tenent omnes, & est determinatio ecclesie non pōt.  
 in cap. Gaudemus, de diuortijs. Secundo dicit  
 S. Tho. quod inter infideles non est tam perpe-  
 tuum, & tam indissolubile matrimonium, sicut  
 inter fideles: quia non est sacramentū, ac proin-  
 de nec confert gratiam: sed est quidam cōtra-  
 ctus humanus. Si autem contrahat fidelis cum  
 infideli, matrimonium nullum est de iure posi-  
 tiuo, quia est prohibitum ab ecclesia, vt patet in  
 concil. Toleta. 4. c. 62. & in concilio Agathensi,  
 cap 67.

297  
 Quæritur, an cognatio carnalis impediatur  
 matrimonium? Respond. primò, quod iure na-  
 turali prohibiti sunt parentes contrahere cum  
 liberis Nam omnes homines, etiam gētiles dā-  
 nāt talia cōnubia: nec de hoc quisquam dubi-  
 tat. Et sunt egregiæ rationes assignatæ in sa-  
 cra scriptura. Vide S. Tho. & etiam cū alijs des-  
 cendentibus, &c. Item in primo gradu trasuer-  
 sali inter fratres & sorores, probabile est quod  
 est contra ius naturale. Prohibiti verò sunt ab  
 ecclesia quatuor gradus qui irritant matrimo-  
 nium: vt patet in cap. non debet, de consangu-  
 nitate & affinitate. Fuerunt antiquitus prohi-  
 biti septem gradus. vt patet. 35. q. 5. Papa tamē  
 potest dispensare in gradibus qui nō sunt prohi-  
 bit.



## De affinitate.

hibiti iure naturali, vt sit pax inter familias, vel ob confœderationem regnorũ, vel ob aliã rationabilem causam, in.4. autem gradu causa rationalis est quod ipsi cõtrahētes perāt. Dispensatio tamen in gradibus iure humano prohibitis fieri solita, successit causa quæstus: nihilominus tenet. De cõputatione consanguinitatis vide Syluest. & alios.

296  
Affinitas  
vsq; ad  
quartum  
gradu im  
pedit ma  
trimo-  
nium.

Impedit etiam matrimoniũ affinitas, vsque ad quartum gradum: vt patet in cap. nõ debet, de consanguinitate & affinitate. Et non solum affinitas inter consanguineos vxoris, sed etiam inter consanguineos scorti, & cõcubinæ mæ. Quauis (vt credo) hæc vltima affinitas contrahatur propter ius humanum, & nõ ex natura rei vt prima. Est autem regula ad cõputandũ affinitatẽ, quod in eodẽ gradu sum affinis Petro, in quo vxor eius est mihi cõsanguinea.

297  
Publica  
honestas  
ex spõsa-  
libus im  
pedit ma  
trimoniũ  
vt affini-  
tas.

De impedimento publicæ honestatis causa to ex sponsalibus de futuro, dico quod est vinculum inuentũ ab ecclesia, quæ decreuit, quod per hoc quod aliquis contraxit sponsalia cum Maria, non possit cõtrahere cum cõsanguinea eius vsq; ad quartum gradum. Et impedit matrimonium eodẽ modo ac affinitas: vt patet in cap. ex sponsalibus, de spõsalibus, lib. 6.

298  
Parentes

Quæritur, an parētes teneātur alere filios il legitimos? Resp. quod nõ est dubitandum quin  
tam



tam pater quam mater teneatur alere filios qui nondū attigerūt vsum rationis. Quia oēs gentes putāt dānabile relinquere filios in ætate infantili, in qua nō possunt sibi victum quærere. Et si exponāt eos vt ab alijs alātur, videtur certe quod peccēt mortaliter. Secūdo dico quod cōsiderando prædictos filios postquā habēt vsum rationis, est distinguēduin. Na quidā filij illegitimi sunt qui vocantur naturales, soluti cum soluta, suscepti ex cōcubina. Alij sunt ex cōcubitu damnato, vt suscepti ex adultera, vel inoniali, qui vocantur supirij. Et in iure determinatur, quod parētes teneatur alere primos filios qui habētur à cōcubina tāquam ab vxore. Alios vero filios spurios nō tenētur parentes alere. Et in pœnam illius dānati coitus prætereuntur in testamento, vt homines ab huiusmodi concubitu pessimo arceantur.

Sed quid de casu qui sæpe est in vsu: ego habeo filiam spuriam quam non possum intitue-  
re hæredem, quia leges hoc verant, voco amicum meum, & cōstituo eū hæredē tali pacto, quod omnia bona det filij meæ: vtrū talis amicus teneatur dare bona illa filij? & vtrū filia cū bona cōsciētia possit ea retinere, accipere, & possidere, postquā lege municipali prædicta bona sunt vallata. Resp. quod omne promissum est de iure naturali adimplendū, & ideo talis

an teneatur alere filios illegitimos.

299

Amicus cui pater reliquit bona pro filio spurio, tenetur illa

## De cognatione spirituali.

ei dare &  
spiritus  
licite re-  
cipit.

talis amicus in foro conscientie tenetur dare. ea bona filie mee: si rex illa non confiscaverit: & illa licite recipiet, & possidebit licite in foro conscientie, non est dubium.

300  
Cognatio spiri-  
tualis im-  
pedit ma-  
trimo-  
nium.

Queritur, an cognatio spiritualis impediat matrimonium? Cognatio illa spiritualis diffinitur a S. Thom. & alijs, quod sit propinquitas quaedam orta ex hoc quod aliquis confert sacramentum, vel tenet aliquem ad suscipiendum sacramentum, baptismi scilicet, vel confirmationis. Triplex est igitur cognatio spiritualis. Quaedam quae vocatur paternitas, quae est inter regeneratorem & regeneratum: & capio regenerationem, ut se extendat ad confirmationem, nam in proposito idem est iudicium de confirmante & de baptizante. & talis non potest contrahere cum baptizato, vel confirmato, & cum uxore eius iam ab eo cognita, & cum filijs eorum. Secunda vocatur copaternitas, quae est inter patrem spiritualem, & patrem naturalem, & matrem naturalem. Vide cap. i. de cognatione legali, lib. 8. ubi omnia ista ponuntur.

301  
Cognatio lega-  
lis impe-  
dit matri-  
monium

Cognatio legalis contrahitur per hoc quod quis adoptat sibi filium. Et sunt duae species huius cognationis, scilicet paternitas, & fraternitas. Paternitas contrahitur inter adoptantem & filium adoptivum, qui quidem non possunt contrahere. Fraternitas vero contrahitur inter filios.

filios naturales adoptatis, & inter adoptiuum.  
Et etiam impedit matrimonium si filius adop-  
tiuus transit in potestatem adoptatis: sed si nō  
transit (quod fit quando adoptans moritur, vel  
quando adoptatus emācipatur ab adoptante).  
tunc potest contrahere cū filiabus adoptantis.  
vt patet in c. Si qua. de cognatione legali.

Quæritur, an omnes illi & soli consanguini- 302  
tatis & affinitatis gradus qui Leuitico. 18. expri-  
muntur possint impedire matrimonium cōtra-  
hendum, & dirimere cōtractum. Respondetur  
negatiue quod nec omnes illi, nec illi soli: & ita  
firme fide tenendum est. nam in concil. Tridēt.  
sessio. 24. cano. 3. hoc definitur his verbis. Si  
quis dixerit eos tantum consanguinitatis & af-  
finitatis gradus qui in Leuitico exprimuntur,  
posse impedire matrimonium contrahendum  
& dirimere contractum, anathema sit.

Quæritur, an in ecclesia catholica sit autho- 303  
ritas & potestas ad condēdum de nouo aliqua  
legitima impedimenta quæ impediunt matri-  
monium contrahendum & dirimāt contractū.  
Si similiter quæ habeat potestatem deponēdi &  
annullandi ea impedimēta, quæ olim legitime  
impediēbant matrimonium contrahendum &  
dirimebant contractum. Respōdetur affirmati-  
ue, & ita firma fide tenendum est, sic enim dif-  
finitur in illo 3. canone, his verbis: Si quis dixe-  
rit

rit non posse ecclesiam in nonnullis illorū Leuitici impedimentis dispensare aut constitucere, vt plures impediant & dirimant, anathema sit. Item probatur quod ecclesia catholica prædictam habeat potestatem. Nam olim consanguinitas impediēbat & dirimebat matrimonium vsq; ad septimum gradum, postmodum autē fuit ordinatum & stabilitum vt non impediat nisi vsq; ad quartum gradum, vt habes de consanguinitate & affinitate, cap. quare. Itē olim vsq; ad concilium Triden. affinitas ex fornicatione contracta, impediēbat & dirimebat matrimonium vsq; ad quartum gradū. At verò nunc post concilium prædictum, non impedit nec dirimit nisi vsq; ad secundum gradum, vt habes sessione propius allegata. c. 4.

Item cognatio spiritualis quæ nascitur ex administratione sacramēti baptismatis & sacramenti cōfirmationis olim per tres gradus matrimonium impediēbat. At iam post præallegatum concilium, duntaxat in duobus gradibus matrimonium impedit & dirimit, vt habes in loco nunc præallegato, cap. 2.

Item publicæ honestatis iustitia quæ ex sponsalibus de futuro oriebatur impediēbat & dirimebat matrimonium, etiam si essent inualida sponsalia, dum tamē inualidatio illa non proveniret ex defectu cōsensu contrahētiū. At

verò post Triden. concil. c. 2. loco citato nihil impediunt, si sint inualida: Unde cunq; inualidatio fuerit orta.

Itē publicæ honestatis iustitia, quæ olim per plures gradus impediēbat & dirimebat matrimonium, iam nūc vt patet in cap. illo 3. proxime allegato, non excedit primum gradum.

Itē clandestinus matrimonij contractus tēporibus antea & is nō dirimebat matrimonium sic contractum, nunc iam dirimit ipsum, vt sancitum est in eodē concil. & sessio. de reformatione matrimonij, cap. 1. Habet ei go ecclesia potestatem & auctoritatem ad condēdum de nouo legitima impedimenta quæ & impediāt & dirimat matrimonium, & vt quæ oli illud legitime impediēbant & dirimebant, iam neutri taciāt.

Quæritur, an sint aliquæ causæ propter quas matrimonium inter fideles semel validū & firmiter dissolui quo ad vinculum possit. Respondeatur quod si de matrimonio rato & cōsummato sit sermo, sub Deo & Christo Iesu dño nostro (sola morte alterius cōiugum excepta) nulla est causa, nullaq; potestas qua possit matrimonium quo ad vinculum dissolui. Hæc sententia est cōmunit, & vnanimi omnium sanctorū doctorū assertione probata, quæ liquido cōstat ex illo Matth. 19. Quos Deus coniūxit homo nō separet, essetq; hæreticū oppositū asserere.

306



## De Matrimonio.

Dicimus secundo, quòd si de matrimonio rato non tamen còsummato loquamur, vna est causa qua quo ad vinculum dissolui potest. Et hæc est solennis professio religionis. Et ita firma fide tenendum est. Sic enim vsus totius ecclesiæ catholicæ docuit ab antiquo, & insuper ita definitum est in concil. Trident. sessio. 24. de matrimonio, cano. 6. cuius verba sunt. Si quis dixerit matrimonium ratum non còsummatum per solennem religionis professionem alterius coniugum non dirimi, anathema sit Est & alia causa, qua dictum matrimonium quo ad vinculum dissolui potest, dispensatio videlicet summi pontificis. Quod quidem non aliter probauit nisi per hoc quod summus pontifex aliquoties dispensauit, & licentiam facultatemq; contulit, vt tales coniuges ad secundas nuptias trāsirent. Hoc tamen non tantam firmitatem aut probabilitatem habet quin oppositum securius & probabilius dici possit, vt habes supra, quaestio. 281.

Tercio dicimus, quòd matrimonij vinculum inter veros coniuges nec dissoluitur nec dissolui potest per adulterium alterius còiugum, vnde tali adulterio interueniente, neuter coniugum potest aliud matrimonium contrahere. Et ita firma fide tenendum est, sic enim definitur in loco statim allegato, cano. 7. cuius verba sunt.



sunt. Si quis dixerit ecclesiā errare, cum docet & docuit iuxta euangelicam & apostolicā doctrinam propter adulteriū alterius coniugum matrimonij vinculum non posse dissolui, & utranq; vel etiam innocētem qui causam adulterio non dedit, non posse altero coniuge viuēte, aliud matrimonium contrahere, mœchanq; eum qui dimissa adultera aliam duxerit, & eam quæ dimisso adultero alij nupserit, anathema sit.

208

Quarto dicimus quod nec per hēresim nec per molestanti cohabitationem, nec per affectatam absentiam à cōiuge, potest inter veros cōiuges vinculum dissolui matrimonij, & ita firmā fide tenēdum est. Sic enim diffinitur vbi supra, cano. 5. cuius verba sunt. Si quis dixerit propter hēresim, aut molestanti cohabitationem, aut affectatam absentiam à cōiuge dissolui posse matrimonij vinculum, anathema sit.

Queritur, an in ecclesiā inter veros coniuges possit multis de causis diuortium quo ad torum, seu quo ad cohabitationem fieri. Respōdetur affirmatiuē, quod multas ecclesia catholica habet causas, propter quarum quamlibet potest supra dictū facere diuortium. Et ita firmā fide tenendum est, quoniā sic diffinitur vbi supra, cano. 8. vbi sic habetur. Si quis dixerit ecclesiam errare cum ob inultas causas separatio

305

108

## De matrimonio.

res inter coniuges, quo ad torum, seu, quo ad  
cohabitationem, ad certum incertum ve tempus  
fieri posse decernit, anathema sit.

306

Quæritur, an solennitas nuptiarum certis  
temporibus fieri prohibita licita sit, sintque meri-  
tò obseruandæ benedictiones, aliæque caeremoni-  
æ quibus ecclesia in solennitate nuptiarum uti-  
tur. Respondetur affirmatiue, & ita secundum  
fidem tenendum est, quoniã sic definitur in præ-  
dicto concil. & sessio cano. 11. cuius verba sunt.  
Si quis dixerit prohibitionem solennitatis nup-  
tiarum certis anni temporibus, superstitionem  
esse tyranicam, ab ethnicorum superstitione pro-  
fectam; aut benedictiones & alias caeremonias  
quibus ecclesia in illis utitur damnauerit, ana-  
thema sit. Sunt autem causæ matrimoniales ad  
iudices ecclesiasticos detegendæ, ad quos pro-  
prie spectant, sic enim definitum est in prædi-  
cto concilio & sessione, canon. 12. his verbis. Si  
quis dixerit causas matrimoniales non specta-  
re ad iudices ecclesiasticos, anathema sit.

308

307

Quæritur, an professi solèni voto castita-  
tem, & etiam illi qui in sacris ordinibus sunt  
constituti, possint matrimonium contrahere,  
quod huiusmodi & validum. Respondetur ne-  
gatiue, neque enim licite contrahere possunt,  
quod si contrahant, non est iustum & ius-  
tum: nam ita definitur vbi supra, cano. 5. his ver-  
bis.

bis. Si quis dixerit clericos in sanctis ordinibus constitutos, vel regulares castitatem sollemniter professos posse matrimonium contrahere contractumque validum esse non obstante lege ecclesiastica vel voto, & oppositum nihil aliud esse quam damnare matrimonium, postquam omnes contrahere matrimonium qui non sentiunt se castitatis etiam si eam voluerint habere donum, anathema sit. Cum Deus id recte petentibus non denegat, nec patiatur nos supra id quod possumus tentari.

Queritur, an rationabiliter ecclesia prohibuerit sacerdotibus, ne matrimonium contraherent (nec enim huiusmodi prohibitio est de iure diuino vt dicit D. Tho. 2. 2. q. 88. ar. 11. & patet quia orientali sacerdoti est licita copula carnalis vxoris, quam habuit priusquam ordinaretur) Et videtur quod non, quia orientales sacerdotes, vt diximus, sunt vxorati. Item, quia multa scandala per abrogationem huius legis vitarentur, que passim contingunt, ergo melius esset quod quilibet sacerdos suo arbitrio relinqueretur, vt ille qui vellet continenter viuere ita viuere, & qui vellet vxorem ducere eam duceret. Præterea legales sacerdotes vxores habebant.

Itē & fortius, quia in primitiua ecclesia non solum

308

simplices sacerdotes, sed etiam episcopi erant  
 uxorati, ut patet ex Apostolo, 1. Timo. 3, oportet  
 episcopum irreprehensibilem esse, vnius  
 uxoris virum. Quæst. grauißima est: ad quam  
 respõdetur magnis ex causis & sanctissime hæc  
 legem ab ecclesiã inductam & hæctenus cõser-  
 uatam, nec vnquam erit decës vt rescindatur.  
 Primum patet, vbi simul ad hoc vltimum res-  
 pondetur argumentum. Nam primitiua eccle-  
 sia dum adhuc rudis ex gentibus constitueba-  
 tur, leuiora dedit præcepta, ne territi fugerent,  
 ne laqueum viderentur iniicere, & plus impo-  
 nere oneris quam possent hominũ sustinere fra-  
 gilitas. Ideoq; apostoli non præcipiunt conti-  
 nentiæ cœlibatum, sed virginitatem cõsulant,  
 ieiunia non improbant. At ex eorum traditio-  
 ne obseruari docet Hierony. tum in epist. ad  
 Marcellã, tum in libr. de celebratione paschæ.  
 In tenella igitur adhuc ecclesia dum ecclesiasti-  
 cus ordo instituitur propter cõuersorum pau-  
 citatem admissum est sacerdotibus vt in matri-  
 monio prius contracto. Roborata verò eccle-  
 sia, hominibusq; ad potiora puocatis, addictus  
 est ecclesiastico ordini cœlibatus, vt non nisi  
 deinceps cœlebs victurus admittatur ad ordi-  
 nes. Hinc Ambro. in epist. ad Ephe. c. 4. ibi. Et  
 ipse dedit quoddam quidein apostolos, sic ait.  
 Postquam omnibus locis ecclesiæ sunt conti-  
 tutæ

tutę & officia ordinata aliter composita res est  
quàm cœperat.

Rationem autem huius mutationis assignat  
Hier. cōtra Iouinia. lib. 1. c. 19. Si laicus inquit  
& quicumq; fidelis orare non potest nisi careat  
officio cōiugali (1. Corio. 7.) sacerdoti cui sem-  
per pro populo offerēda sunt sacrificia, semper  
orandum est. Si semper orādum est, semper ca-  
rendum in matrimonio. Nam in veterē lege qui  
pro populo hostias offerebant, nō solum in do-  
mibus suis non erant, sed purificabantur ad tē-  
pus ab vxoribus separati, vinum & siceram nō  
bibebant, quæ solēt libidinē prouocare. Et Am-  
bro. in. 1. ad Timot. epist. c. 3. ibi, diaconi sint v-  
nius vxoris viri: sic ait. Veteribus enim idcirco  
concessum est Leuitis & sacerdotibus vxores  
ad vsum habere, quia multum tempus ocio va-  
cabant à ministerio aut sacerdotio, multitudo  
enim erat sacerdotum & magna copia Leuita-  
rum, & vnusquisque certo tempore seruebat  
diuinis cæremonijs secundum institutum Da-  
uid. Hic enim. 24. classes constituit sacerdotum  
vt vicibus deseruirent. Vnde Abia octauā clas-  
sem habuit, cuius vice Zacharias fungebatur  
sacerdotio. Lucæ 1. sicut continetur in Paralipomenon lib. 1. c. 24. ita vt tempore quo non il-  
los contingebat deseruire altari, domorū sua-  
rum agerēt curam. At vbi tempus imminēbat

309

mi.



## De matrimonio.

ministerij, purificati aliquantis diebus accedebant ad templum offerre Deo. Nunc autem. 7. diaconos esse oportet, aliquantos presbyteros, vt bini sint per ecclesias, & vnus in ciuitate episcopus, ac per hoc omnes à conuentu foeminae abstinere debere, quia necesse est eos quotidie præsto esse in ecclesia, nec habere dilationē vt post conuentum legitime purificetur sicut veteres, &c. Hactenus Ambrosius. De gentiliū verò sacerdotum castitate audi Hierony. libr. 2. contra Iouinia. cap. 3. epistola. 6. Antequam, inquit, religio nostra fulgeret in mundo, vnicubas semper habuisse inter matronas decuit, per illas fortunæ muliebri sacra fieri solitum. Nullum sacerdotem bigamum, nullum flammem bimaritum leges. Hierophantes quoque Atheniensium vsque hodie cicuta sorbitione caltrari, & postquam impontificatum fuerint electi, viros esse desinere.

310 Quod verò nunc non expediat vt prædictæ ecclesiæ prohibitionē sacerdotes sint coniugati rescindatur. Probat̃ur. Primo, quia matrimonij onera multa sunt, totumq; hominem requirunt, & tenetur vxoratus vxoris filiorumq; curam habere. Timot. 5. Si quis suorum & maxime domesticorum curam non habet fidem negauit, & est infideli deterior, quomodo ergo sacerdos miles Christi vxoratus & multis lijs



lijs circumseptus poterit semper diuino intré-  
 dere ministerio. 2. Timoth. 2. Nemo militans  
 Deo implicat se negotiis secularibus, & c. Præ-  
 terea si hæc rescinderetur lex, maior esset am-  
 bitio circa beneficia ecclesiastica non solum  
 obtinenda sed etiam multiplicanda. Nam plu-  
 ra non sufficerent multis filijs dñeato, cum  
 tanta nunc sit pro filijs illegitimis procuran-  
 dis ambitio. Præterea tota honestas & habi-  
 tus clericorum periret, & vacarent vellibus  
 pretiosis vt vxoribus placerent, eorum que ca-  
 litas non esset maior. Si enim liceret eis vel  
 vnam habere, cum ad eam visitandam plu-  
 res deberent accedere, nequaquam essent vna  
 contenti. Hinc de beato legimus Augusti. for-  
 minarum vero nulla in domo eius mansit, nec  
 etiam germana, nec filia fratris quæ Deo pa-  
 riter seruebant: dicebat enim, quod & si de eis  
 non posset oriri suspicio, tamen de alijs quæ  
 ad eas aduentarent, posset oriri. Præterea in  
 elemosynis elargiendis patres pauperum es-  
 sent multo contractiores quam nunc sunt.

Ad illud de sacerdotibus orientalibus. Res-  
 pōdetur quod ex dispensatione ecclesie Græcis  
 sacerdotibus permissum est vt in matrimonio an-  
 te ordines cōtracto. Schismatice enim cū esset,  
 voluit pia mater ecclesia vel se in gremiū suū

376

## De Matrimonio.

eos recipere. Cæterum post ordines sacros receptos matrimonium contrahere nemini permissum est, ut patet in canonibus apostolorum, cano. 25. Et in concilio Neocæsariensi, cano. 1. & in cap. cum olim, de clericis coniugatis. Ad aliud vero argumentum quod plura scandala sacerdotum vitarentur. Respondetur quod hæc scandala non parit cœlibatus, sed abolitio amoris & timoris Dei, libera concupiscētia, appetitus effrænis, horror virtutis, & interdum pontificum & aliorum promouentium in vitio, hæc accidunt, qui non doctiores, non meliores, sed nobiliores, ditiores, & argutiores in clerum eligunt, & simplices quosque, (probos tamen & innocētes tanquā nō idoneos) repellunt, qui affinis cognatis & amicis (quasi terrenæ fortis militiæ) officia largiuntur, non utilitati consulētes egentis ecclesiæ, sed potentum, aut amicorum parere volentes iussioni. Quodque his deterius est, illis donant clericatus gradum quorum fuerunt aliquando obsequijs deliniti, magis p̄sonæ cōmodum, quā accipiētis personā attendētes. Quibus dicitur Micheę. 3. qui ædificatis Sion in sanguinibus & Hierusalem in iniquitate. Igitur quisquis se non continere iudicauerit, se initiare ordinibus non sinat, sed ut tatur sibi admissio fornicationis remedio in matrimonio. Si autē sacris se initiari fecerit, ta-

Etum est ei illicitum, quod prius licuisset. Et si  
 putans se continere posse ordinatus fuerit, &  
 postea carnalis petulantia sic efferbuerit, vt si-  
 bi ei impossibile videatur cōtinere, oret Deū,  
 & in eo confidens dicat cum Apostolo, Omnia Philip. 4  
 possum in eo qui me confortat. Audiaturq; Chri-  
 stum dicentē. Luc 11. Petite & accipietis, quæ-  
 rite & inuenietis, pulsate & aperietur vobis.  
 Impossibile autem dicunt, nō quia gratia Dei  
 assittente impossibile sit, sed quia negligentia  
 torpentes, non conantur vt sint continentes.  
 Orent ergo huiusmodi, abstineant, ieiunēt, cor-  
 pus inedię subiciāt, occasiones libidinem pro-  
 uocantes fugiant, ad bona opera se conferant,  
 & diuinę fultū auxilio poterunt cōtinere, quod  
 sibi prius impossibile suspicari fuerant. Dicit  
 enim negligens se non posse cōtinere, nō quia  
 non potest, sed quia non vult. Nam deliciarū  
 affluētiam, epularum & poculorum copiam re-  
 secare ille non cupit, muliercularum cōsortia  
 & alia concupiscentiæ incētiuā vitare refugit,  
 ocium studio repellere negligit, iuxta Hiero-  
 nymini cōsiliū ad Rusticum monachū. Ama-  
 studia scripturarum, & carnis vitia nō amabis.  
 Itaq; plerisq; sacerdotibus non virtus continē-  
 di, sed voluntas deest. vellēt nāq; pleriq; ho-  
 minum esse boni sed non sunt, non quia esse nō  
 possunt, sed quia non volūt, vt ait August. libr.

## De Matrimonio.


de peccatorum meritis. c. 17. Nam contra naturam est corpus voluptatum sine voluptate frui rene Hiero. cōtra Iovinian. lib 2. cap. 37. epistola. 6. Illis quoque dicit Chrysof. homilia in Psalmum. 50. Non possum, ais, me cōtinere, hoc pusillanimitatis est & negligētiæ tuæ, qui Dei præcepta contemnere males quam facere.

FINIS.

¶ Finis summæ de septem Ecclesiæ mysterijs & Sacramentis, ad laudem Dei omnipotentis.

## DE CLAVIBVS.

¶ Hæc materia tractatur in. 4. dist.  
18. & D. Tho. in additionibus ad  
tertiam partem. q. 17. Clauis e-  
nim in Ecclesia esse debent.

laus autem dicitur potestas, qua  
remouetur obstaculum intrandi re-  
gnum cælorum. Impedimentum e-  
nim totius humanæ naturæ ex pec-  
cato primum hominis consequutum, per passio-  
nem Christi amotum est: & ideo post passio-  
nem vidit Ioan. Apoca. 4. in cælo ostium aper-  
tū. Sed alicui adhuc quotidie manet clausum  
propter peccatum originale quod contraxit  
& propter actuale quod committit: & propter  
hoc egemus sacramentis, & clauibus ecclesiæ, in  
quibus efficacia passionis manet. Quia ex late-  
re dormientis in cruce, sacramenta fluxerunt,  
quibus ecclesia fabricatur.

Hanc autem clauis potestatem apostolis cō-  
tulit Christus, vt expresse determinatur in ca-  
pit. firmiter. de summa Trinita. & fide catholi-

Quan

## De Clauibus.

Quando autē fuerit apostolis collata? Arma-  
chapus absurde errans lib. 11. de quæstionibus  
Armenorum. c. 14. & 15. contra omnium docto-  
rum sententiam dicit quod Marci. 3. cum dñs  
duodecim apostolos elegit. Sed patet hoc esse  
falsum quia Matth 16. pro magno vni promi-  
sit Petro dicens: Dabo tibi clauis regni celo-  
rum: non ergo antea habebat, aut nihil promi-  
sit Item antequā ipse eis consecrasset, sacramē-  
tumq; constituisset potestatem dedisset conse-  
crandi: ac si Cæsar cōstitueret regem aliquem  
super regno non cōstituto. Dico ergo quod in  
cœna (Matth 26.) contulit totam potestatem  
ordinis: Potestatem autem iurisdictionis in fo-  
ro interiori, Ioan. 20. Accipite spiritū sanctum,  
quorum remiseritis peccata remittuntur eis.  
Potestatem autem iurisdictionis in foro exte-  
riori, Matth. 18. Quæcunq; alligaueritis super  
terrā, &c. Nec inconuenit, quod Apostolis Chri-  
stus (potestatem excellentiæ habēs) apostoli-  
cā potestatem iurisdictionis cōsummam &  
perfectam contulerit ante sacerdotium. Vnde  
& ecclesia nunc temporis iurisdictionem in fo-  
ro exteriori dat etiam non sacerdotibus, & po-  
testatem ordinis dat ijs quibus nondum con-  
tulit potestatem iurisdictionis.

14 Et nota, quod illa potestas data in foro exteriori, Matth. 18. (Ibi enim fundant scholastici au-  
tho-



thoritate[m] excōmunicandi. Et Hierony. ibidē,  
 & Augusti libr. 1. contra aduersariū[m] legis &  
 prophetarum. c. 17.) Aduertendum inquā, quod  
 hæc potestas excōmunicandi potest dici cla-  
 uis regni cœlorum, si regnum cœlorum capia-  
 tur pro ecclesia militante, Augusti. loco citato,  
 & super Ioan. tracta. 50. & habetur. 24. q. 1. cap.  
 quodcunq; . Si autem regnum cœlorum capia-  
 tur pro ecclesia triumphante, potest dici clauis  
 indirecte & secundo. Nam quatenus excōm-  
 municatio excludit à sacramētis quibus regnū  
 cœlorū aperitur potest dici quod claudit reg-  
 num cœlorum. Quatenus verò absolutio ab ex-  
 cōmunicatione, admittit ad sacramenta, ex con-  
 sequenti regnum cœlorum aperit.

Sed vtrum omnes apostoli habuerūt clauēs?  
 Et videtur quod non. Quia Mat. h. 26. soli Pe-  
 tro sunt promissæ. Respōd. cum Cuieta. libr. de  
 primatu Romanę ecclesię, cap. 5. & 6. quod si-  
 ne dubio omnes Apostoli à Christo & non à  
 Petro susceperūt clauēs. Patet in cap. firmiter.  
 de summa Trinitate & fide catholica. Etiam ha-  
 betur in cap. Loquitur. 24. q. 1. & ex Hiero. libr. 1.  
 contra Iouinianum. Petro autem collatę sunt  
 clauēs, Io. 21. ibi, pascue oves meas. Eadem enim  
 potestas requiritur ad pascendas oues Christi,  
 & ad aperiendum vel claudendum regnū cœ-  
 lorum. Nam quando Christus viuus erat & præ-  
 sens

## De Clauibus.

sens, non egebat vicario: consentaneum est ergo vt post resurrectionem eum instituerit: & non videtur vbi nam hoc fecerit nisi Ioã. vlti.

316

Dico præterea, quod sicut peculiariter claues Petro cõmissæ sunt, Matth. 16. sic Ioan. vlt. aliqua peculiaris potestas data est Petro præter cæteros: potestas enim Petri in duobus maxime excessit potestatem aliorum apostolorum. Primum, quia Petri potestas etiam se extendit supra ipsos apostolos. Nam vt arguit Innocent. de maiestate & obedientia, cap. 6. qui dixit, Pascite oues meas, non distinguens inter has oues & alias, alienum à suo demonstrat ouili, qui Petrum pascitorem non recognosceret. Quo eodem argumento, vritur Bonifacius octauus in extrauaganti, vnam sanctam. Secundo excellebat in hoc, quod potestas Petri erat ordinaria in vniuersum orbem, aliorum vero apostolorum erat extraordinaria ex privilegio peculiarari. Vnde factum est, vt successores Petri successerint in vniuersa potestate respectu omnium ouium Christi. Successores vero apostolorum non successerunt apostolis in potestate extraordinaria. Imò crediderim omnem potestatem episcoporum (qui sunt apostolorum successores) à Petro & successoribus Romanis pontificibus esse derivatam: ita quod successor Petri est immediat⁹ vicarius Christi, & à Chri  
sto

sto accepit potestatem, v t diffinitur in cōci. Flo-  
 rēt. & in cōci. Cōstāt sess. 8. sed successores apo-  
 stolorū, nec susceperūt potestatem ab ipsis apos-  
 tolis, nec à Christo immediate, sed mediate à  
 Romano pontifice. Et sic intelligo decretū Leo-  
 nis Papæ 17. dist. c. ita dñs. Eodē modo dico, cla-  
 ues Petri in duobus differre à clauib⁹ apostolo-  
 rū. Primo vniuersalitate: accepit enim ad ape-  
 riendum, non huic aut illi, sed omnibus fidelib⁹  
 nullo excepto. Secundo, quia sic eas accepit: vt  
 ab eo accipiāt oēs quicūq; clauis habuerint. Nā  
 quod apostoli nō acceperūt à Petro, fuit ex pe-  
 culiari priuilegio, quo & Paulus gloriabatur,  
 potestatem apostolicā nō ab hominibus accepi-  
 Et quāuis in cap. Firmiter, dicatur Christum  
 contulisse clauem apostolis, & eorum succes-  
 soribus: dico quod non est eadem ratio de apo-  
 stolis & successoribus apostolorum. Quia a-  
 postoli ex priuilegio immediate à Christo ac-  
 ceperunt potestatem ligandi atque soluendi,  
 etiam in totum orbē, quod male Turrecremata  
 negat. Sed successores apostolorum, cum mani-  
 feste ordinētur ab hominib⁹, potestatem ordinis  
 non immediate à Deo accipiūt: potestatem au-  
 tem iurisdictionis accipiunt à Romano Ponti-  
 fice immediate. Sed nihilominus Christus con-  
 fert clauis successoribus: licet per medios minis-  
 tros

## De Clauibus.

stros. Quemadmodum idem ipse est qui tollit peccata inūdi: licet p̄ ministros sacramentorū.

317 Sed vnde cōstat clauis P̄etro & cæteris apostolis concessas nunc in ecclesia permanere, cū non maneat potestas faciēdi miracula quæ apostolis est collata, nec baptizandi in nomine Iesu Christi, quod apostoli fecerūt? Respondeo, constat potestatem istam viuentibus apostolis ad alios esse deriuatam. Patet hoc Actuum 20. Attendite vobis & vniuerso gregi, &c. Et. 1. ad Timotheum. 4. & ad Titum. 1. Secundo dico secundum fidem catholicam tenendum esse, clauis apostolis cōcessas, nunc in ecclesia perseuerare. Patet ex cap. Firmiter. Et ex ecclesie consuetudine, quæ est columna & firmamētum veritatis. Et Matth. vlti. Ecce ego vobiscum sum vsq̄ ad consummationem seculi. Petro enim non sunt datæ clauis propter ipsum, sed propter ecclesiam. Quare perseuerante ecclesia, potestas data P̄etro debuit perseuerare. Et sic intelligatis decretum Augusti. 24. q. 1. c. quodecunq̄. Viude & patet quare dicantur clauis ecclesie, quia scilicet propter ecclesiam apostolis & successoribus datæ sunt. Clauis autem ecclesie appellari frequentissimum est: vt apud Augustinum libro primo d̄ doctrina christiana, cap. 18. refertur.

318 Clavis autem est potestas ligandi atq; soluēdi

di, qua ecclesiasticus iudex dignos recipere, indignos excludere debet à regno: vt dicit Magister sententiarum 4. d. 18. & glossa ex Hierony. Matth. 16. Et comprobatur a Ioan. papa. 22. in extrauag. Quia quorūdā. de verborū significatione. Et aduerte regnū cœlorū multipliciter capi, Primo pro sacra scriptura, vt Matth. 21. Auferetur à vobis regnum Dei, &c. Secūdo pro ecclesia militate, vt Matth. 13. Simile est regnum cœlorū thesauro abscondito in agro, &c. Et Matth. 25. Simile est regnum cœlorū decem virginibus &c. Tertio vt etiam includat duplicē statū, scilicet militatē, & triūphatē: vt Matth. 5. Beati qui persecutionē patiuntur propter iustitiā, &c. quia ipsorū est regnū cœlorum. & nisi abundauerit iustitia vestra, &c. nō intrabitis in regnum cœlorum. Aperire autē regnum cœlorum cōtingit dupliciter. Vno modo ex autoritate & potestate, vt papa cum explicat locum scripture, definiēdo verum sensum. Itē cum sacerdos ex officio baptizat. Secundo modo nō ex autoritate, sed per simplex ministerium, laicus qui baptizat in necessitate, & vir doctus qui aperit locum abditum sacrarum literarum, aut qui docet qua via ad regnum cœlorum perueniēdum sit. Dicendum ergo, clauem esse potestātē aperiendi & claudēdi regnum cœlorum, si sit plena potestas, quomodo cūq; accipiatur regnū

## De Clauibus.

cœlorū. Et hanc promisit Deus Petro, eaq; vti-  
tur pontifex quando diffinit aliquid secundū  
fidē tenendū, vel dispensat in voto, vel relaxat  
iuramentum: id enim est aperire regnum cœlo-  
rum ex autoritate & potestate. Secundo dico,  
quod præcipuus actus clauium est ligare & sol-  
uere, & sic per eum diffinitur, sicut diffinitur  
humanus intellectus per discursum, & poten-  
tia visua per visionem coloris.

319

Sed queritur, vtrum sit idem clavis cū cha-  
racterē? D. Tho. 4. d. 18. dicit quod sic. Contra-  
rium dicit Scotus. d. 19. q. 1. & Marsil. 4. q. 12. ar-  
ticul. 2. Sed distinguendum est de clauē ordinis  
& de clauē iurisdictionis: vtraq; enim requi-  
ritur ad aperiendum regnum cœlorum. Clavis  
iurisdictionis nō est idem cum characterē. Cla-  
uis autem ordinis idem est cum characterē sa-  
cerdotali. Character enim est potestas sacerdo-  
talis, quæ datur sacerdoti ad consecrandum.  
Datur etiam eidem ad absoluendum à pecca-  
tis: ita quod inde habet homo potestatem ab-  
soluendi, vnde habet quod sit sacerdos. Est er-  
go vna potestas quæ ad duos actus se extendit,  
scilicet consecrandi & absoluēdi. Quemadmo-  
dum eadem potentia est qua simplicia intelli-  
gimus, & qua discurremus.

320

Quia vero actus clauium requirit idoneita-  
tem in eo in quem exercetur, quia per clauem  
rci



recipit iudex ecclesiasticus dignos, & excludit indignos. Ideò indiget iudicio discretionis, & ad explendam actum oportet vt habeat iurisdictionem. Vnde ponitur duplex clavis, scientiæ scilicet & iurisdictionis. Et scientia quæ est habitus non est clavis, sed autoritas scientiæ actum exercendi. Cõmuniter etiam doctores ponunt clauem ordinis, & clauem iurisdictionis. Quæ distinctio necessaria est, si potestatem excommunicandi & absoluendi ab excommunicatione, ad clauis diciinus pertinere cum diuo Augusti.

Potestas clauium se extendit ad remissionem culpæ. Nam licet Deus remittat per se culpam, virtute tamen eius sacerdos agit instrumentally, vt instrumentũ animatũ, nã alias ad remissionem culpæ non exigeretur votũ recipiendi effectũ clauis. Vide Caic. in opusculo. 27. quæstio nũ. & q. 12 de effectu absolutionis. Et Adrianũ q. 2. de clauibus. Et Thomam Vualdẽtem lib. de sacramẽtis, à cap. 143. vsque ad. 146. inclusiue. Excedit etiã se potestas clauium ad remissionem pœnæ æternæ, quod fit quãdo remittitur culpa: & etiã tẽporalis, in eo qui cõm cõtritione accedit. Nam sicut applicatur nobis in sacramento meritum passionis Christi ad remissionem culpæ, ita quoque eius satisfactio ad remissionem pœnæ: remittere enim huiusmodi pœnam, per

328

## De Clauibus.

tinet ad remissionē peccati Et quāuis D. Tho-  
videatur dicere, quod clauēs remittunt pœnam  
proportionabiliter ad peccata (vt si peccatum  
est paruum, parua pœna remittitur, si magnū,  
multum pœnæ, sed nō tota: quia aliās frustra  
imponeretur satisfactio.) Tu tamē tene, clauēs  
tātum pœnæ remittere cæteris paribus cū pec-  
catum est paruum, quantum si esset magnum.  
Quia sacramētum æqualiter se habet, & dispo-  
sitiō est equalis. Nihilominus habita ratione cō-  
tritionis, confessor debet iniungere satisfactio-  
nem. Quia nescit, an tota pœna remissa sit. Et  
quod pœnitētia nō sit moderanda secundum  
quantitatem peccati, sed secundum contritio-  
nem pœnitentis, patet ex Innocen. c. 8 de pœni-  
tentijs & remissionibus.

332

Potest autem sacerdos ligare ad pœnā. Sco-  
tus dist. 18. & 19. asserit nullum pœnitentē obli-  
gari ad acceptādum pœnitētiā quā iniungit  
sacerdos. Idē Gabri. d. 16. q. 2. Quia ad satisfac-  
tionē pro pœna duo sunt remedia, alterum in  
hac vita, alterum in purgatorio: ergo pœnitēs  
poterit suo cedere fauori. Quia ex misericor-  
dia Dei satisfactio p̄sens acceptatur pro futu-  
ra pœna. Secundo dicit quod si pœnitēs accep-  
tet pœnitētiā iniunctam, tenetur illam imple-  
re sub mortali: quod tamen videtur irrationa-  
bile. Nam si sacerdos nō potest obligare ad mor-  
tale,

tale, mea acceptatio non inducit peccati mor-  
 talis obligationem: non enim volo implere pœ-  
 nitentiam iniunctam, nisi eo modo quo sacer-  
 dos obligare pōt. Propterea Caieta. q. 2. de satis-  
 factione ad. 2. tenet contrarium, quod non tene-  
 tur acceptare pœnitentiam, nec acceptatā sub  
 mortali adimplere. D. Tho. hic nō dicit, an tenea-  
 tur, sed quod sacerdos ligat: nec dicit an ad mor-  
 tale vel veniale. Sed dist. 26 in expositione tex-  
 tus dicit, quod est præceptum de satisfactione.  
 Et ita tenet Sylue. verb. Cōfessio. 1 §. 26. Et ita  
 tenendum est, quod est præceptum obligās ad  
 mortale, si pœnitentia iniuncta sit rationabilis.  
 Probatur, quia est sacrilegium volūtarie relin-  
 quere sacramētum imperfectum. Item in foro  
 contentioso iudex habet potestatem imponen-  
 di pœnā, pro delicto quam reus subire tenetur,  
 ergo & iudex ecclesiasticus in foro cōscientiæ.  
 Item in cap. oinnis v triusq; sexus, de pœnitēt.  
 & remiss. iniunctā pœnitentiā pro viribus stu-  
 deat adimplere. Item suadetur ex cap. vlti. de  
 maledicis. Vide de hoc supra in materia de sa-  
 tisfactione. q. 209.

Est autem sacerdoti prudētia necessaria ad  
 pœnitētibus imponēdum pœnitentiā. Si sciret  
 quantæ pœnæ sit debitor pœnitens, cum sit iu-  
 dex, tenetur æqualem imponere. Sed in pœnitē-  
 tiæ iniunctione multa debent pēsari: vt habe-  
 tur

tur in cap. 8. de pœnitēti. Nihilominus arbitriū sacerdotis, non debet esse aut seuerum, aut remissum: videntur enim ridiculæ pœnitētiæ huius temporis. Sed in tribus casibus licet pœnitentiam leuē iniungere. Primo in articulo mortis, & vbiq; pœnitens est impotēs ad pœnitentiam grauem implendam. Secundo quando indulgentia conceditur pœnitenti ex rationabili causa. illa enim habetur loco satisfactionis. Secus quando indulgentia est indiscreta: vt habetur, c. 16 de pœnitent. Tertio si appareat magna contritio, & peccatum nō fuit adeò graue. His adderem etiam, cum pœnitens est tam imbecilli animo, vt per grauem pœnitentiam scandalizetur.

324

Sed an vnus confessor possit mutare pœnitentiam iniunctam ab alio confessore? Reipō. quod si pœnitētia fuit irrationabilis, pœnitēs nō tenetur eam implere, nec habet opus commutatione. Si autem pœnitētia erat rationabilis, sed sit dura pœnitēti, non potest commutari nisi à superiori. Quia par in parem nō habet potestatem. Et ita intelligo decretum Urbani papæ de pœnitentia. d. 6. c. vlt. placuit vt deinceps nulli sacerdoti liceat quemlibet cōmissum alteri sacerdoti ad pœnitentiam suscipere, sine eius consensu cui prius se commisit, nisi pro ignorantia illius cui pœnitens cōfessus est. Sed vide de hoc  
su.

Supra in materia de satisfactione. q. 211.

Sacerdotes legales non habebant clauēs. Quia illius sacerdotij potestas non extendebat ad cœlestia, sed ad cœlestium figuras. Et in hoc præferrur sacerdotium Christi legali sacerdotio, per hoc, quod Christus assilēs pontifex futurorū bonorum, ad tabernaculum cœleste introducit, &c. Illi ergo sacerdotes non habuerūt clauēs, sed in eis clauū figura præcessit. Christus autē habuit clauē autoritatiuē in quantum Deus, excellētiae in quantum homo: habuit enim potestatem aperiedi, & claudendi regnū cœlorū. Soli verò sacerdotes ordinati ab ecclesia, habēt clauēs ordinis, & potestatem absoluendi à peccatis in foro pœnitentiæ. Hæc conclusio habetur in concil. Florenti. Etiam in materia de ordine latius ostendimus contra hæreticos. Clauem autem iniurisdictionis (quæ non directe se extendit ad ipsum cælum, sed mediante militante ecclesia) non sacerdotes habere possunt. vt Archidiano. & electi. Lege quartum argumentum. D. Tho in additioni, ad tertiam partem. q. 19 art 3. Vnde nota, quod fæminæ nullā potestatem spiritualem habent. Vnde de legibus & præceptis earū debet iudicari, id quod de legibus matris familias in domestica gubernatione. Nam si materia est grauis, & præceptum

ptum necessarium ad conseruationem boni cōmunis, obligat præceptum Abbatissę ad peccatum mortale. Sin autē materia nō est grauis, quanuis ipsa velit obligare ad mortale lex eius & præceptum non obligat ad mortale. Verum est, quod cum ex voto obedientię monachę ten:atur suę superiori obedire, forsitan cū exigeret obedientiam à subditis, etiā in re non admodum graui, si subditę violant obedientiam, votum suum videntur infringere. Sed hoc mihi certum nō est. Illud verò primo loco definitum est mihi certissimum. Vnde perperam monachas inuituunt, qui absolute docent præcepta suarum superiorum non obligare eas ad peccatum mortale. Quemadmodum si quis doceret leges principum fœminarū nullas ad mortale obligare. Sed verum est non habere potestatem obligandi in ordine ad finem supernaturalē, hoc enim pertinet ad vsum clauium.

336

Mali sacerdotes vsum habent clauium, iniquitas enim ministri non tollit liberalitatem domini, sed sacerdos est solum minister, ergo nō potest sua inualitia donum à Deo transmissum per eum nobis auferre. Præterea, nullus potest scire de alio, an sit in statu salutis: si ergo nullus posset vti clauibus in absoluēdo nisi existens in gratia, nullus se sciret absolutum, quod est incōueniens. Hæresis fuit Vuicleph. condēnata in concilio



concil. Cōstan. sessio. 8. & 15. quod mali sacer-  
dotes priuātur iurisdictione, quæ etiā manife-  
sto ecclesiæ vsu cōdēnatur. Sed cōtra videtur  
id quod habetur. 24. q. 1. cap. audiuius, & 1. q. 1.  
cap. etiam corde. sed loquitur de diuiso ab ec-  
clesia, vt patet legēti. Est etiā argumētum cap.  
remissionē. 1. q. 1. & de cōsecr. d. 4. c. quomodo,  
ex Augult. sed loquitur de sanctis, vel bonis ca-  
tholicis, vel de publicis peccatoribus qui nō to-  
lerantur.

Schismatici, hæretici, excōmunicati, degra-  
dati, vsum clauium nō habēt: quia priuātur sub-  
ditis, in quos potestatis quam habēt exerceāt. Si-  
cut nec possent cōsecrare nō habētes panē, nec  
baptizare si non habeant aquā. Illi ergo qui pri-  
uati sunt, non possunt vsum clauium habere. Sed  
nota quod in concil. Cōstan. statutum est, nō te-  
neri fideles vitare excōmunicatos, nisi sint no-  
minatim excōmunicati, vel manifesti percusso-  
res clericorū. Vnde fit vt non omnes excōmuni-  
cati & suspensi priuati sint iurisdictione, illi vi-  
delicet qui tolerantur, & quos vitare non de-  
bent. Tempore autem D. Tho. nondum id fue-  
rat constitutum. Peccāt tamē illi administran-  
tes sacramēta: quia cōcilium dicit hanc relaxa-  
tionem in nullo excōmunicatis debere suffra-  
gari: Hoc tamen intellige cum grano salis, pec-  
cat enim si est in mora petēda absolutionis. Itē  
quan

327

## De Clauibus.

quando licite potest se excusare ab administratione sacramentorum. At quando tenetur administrare sacramenta petenti, non peccat administrando: aliàs esset perplexus.

928

Sed nunquid in mortis articulo huiusmodi poterunt absoluerè? D. Tho. hic in additionibus, q. 19. ar. 6. nullum casum excipit. Sed supra q. 8. generaliter dixit in articulo mortis quemlibet sacerdotè absoluerè posse, Sed 3 p. q. 82. arti. 7. ad. 2. dicit quod solus baptismus permittitur esse ratus hæreticis, & schismaticis in artic. necessitatis. In nullo autem casu possunt consecrare, vel aliud sacramentum conferre. Et idè hac quæst. ar. 5. 3. Et est cõmunis opinio. Sed Paluda. d. 25. q. 1. circa finem tenet quod in articulo mortis licitum est ab hæretico recipere pænitentia: quia est sacramentum necessitatis sicut baptismus. Idem Sylue: verbo, Confessor. 1. §, ultimo. Et Maior. d. 17. Et gloss. de sponsal. c. 11. Et re vera, de excommunicatis catholicis non dubito, quin in arti. mortis possint sacramentum pænitentia: ministrare. Non enim video causam quare fideles in artic. mortis præsentè sacerdote catholico priuentur sacramento necessario ex iure diuino. Nec esset minus intolerabile prohibere absolutionem in articul. mortis, quam reseruare casus: præsertim cum communiter homines habeat attritionè. Item licet

recipere baptismum, ergo absolutionem: quia vtrunque est in diuino præcepto, & sacramentum necessitatis. Item c. quod non est, de regulis iuris, dicitur, quod necessitas non habet legem. Et idem mihi probabile est de hæretico, à quo periculum non timetur, & qui non errat in articulo sacramenti pœnitentiæ, præsertim si de iure diuino quilibet sacerdos habeat auctoritatem in articulo mort. Non valet, quod affertur solet in contrarium de Hernegil. ex 24. q. 1. cap. vlti. tum quia ibi loquitur de communione quæ non est sacramentum necessitatis, tum quia id fecit ne faueret Arriano episcopo: quæ pater ob id destinarat.


Sacerdos autem nõ potest vti clauē in quælibet, sed in eo statum qui ei in sortem venerint: nisi in necessitatis articulo, vbi nemini sacramenta sunt deneganda. Hæc opinionem D. Tho. probabiliorem facit Martinus. 5. qui in conci. Cõstat. circa finem, inter reliquas interrogatiões ponit hæc, vtrum credat autoritatẽ iurisdictionis papæ & episcopi esse maiorem in soluendo, ligandoq; autoritate simplicis sacerdotis, etiã habentis curam animarum. Proprius verò sacerdos in aliquibus casibus non debet absoluerē sibi subditum, sed remittere ad superiorē. Primus, quãdo est solẽnis pœnitentiã imponenda, quia eius proprius minister est episcopus. Sed iam hæc

## De Clauibus.

hæc pœnitentia recessit ab usu Secundus de excommunicatis, quando inferior sacerdos non potest absoluerè. Tertius, quando inuenit irregularitatem cōtractam, pro cuius dispensatione debet ad superiorem remittere. Quartus de incendiarijs. Quintus quando est consuetudo in aliquo episcopatu quod enormia crimina ad terrorem seruantur episcopo. Et nota solutio neni ad primum in additio. q. 20. ar. 3. in qua dicit, quod sacerdos non debet audire confessionem mulieris cū qua peccauerit, sed debet ad alium mittere, nec illa debet ei confiteri, sed petere licentiam ad alium eundi. vel ad superiorem recurrere, si ille licentiam denegaret, tum propter periculum, tum quia est minor uerecundia: si tamen absolueret, absoluta esset. Et quod Augusti. dicit, Nullus officio sacerdotis uti debet nisi immunis ab illis sit quæ in alijs iudicat. Dicit D. Tho. intelligendum secūdam congruitatem, & non secundum necessitatem sacramenti. Et hæc de clauibus dicta sufficiant.

¶ SEQUITVR VLTIMVS  
de excommunicatione  
tractatus.

- ¶ De excommunicatione tractatur in 4. d. 18.  
& à S. Thom. ibi. & in additionibus, quæst.  
21. Nos breuiter absoluemus hunc tractatum  
quatuor punctis.
- ¶ Primo dicemus quid sit excommunicatio, &  
quæ causæ illius.
- ¶ Secundo de casibus in quibus potest homo  
peccare, ex hoc solū quod est excōmunicat⁹.
- ¶ Tertio de eo qui potest excōmunicare.
- ¶ Quarto & vltimo dicemus de excōmunicacione  
minori, quid sit, quæ causæ eius, &  
quis possit ab ea absoluerē.

 VO ad primum, excōmunicatio est  
separatio à cōmunionē ecclesiæ quo  
ad fructum & suffragia generalia: &  
est diffinitio excōmunicacionis ma-  
ioris. Pro cuius intelligentia est notandū, quod  
excōmunicatio non est peccatum, nam quod si  
bet peccatum (etiam veniale) est maius malum  
quam excōmunicatio, sed est pœna: pœna autē  
est priuatio alicuius boni, & sic excōmunicatio  
est

## De excommu.

est priuatio cōicationis ecclesiæ, quæ quidem  
est quoddã bonum. Secundo nota, quod inter  
Christianos sunt quatuor gradus cōicationis.  
Primus est cōmunicatio humana quæ etiã in-  
uenitur inter infideles, sicut comedere simul,  
colloqui, tractare: & hæc communio non est p-  
prie fidelium, sed conuenit eis quatenus ciues, &  
politici sunt. Secundus est cōmunicatio quæ cō-  
sistit in hoc quod est simul conuenire in eccle-  
sia ad adorandum, ad recipiendũ sacramenta, ad  
electionem canonicã actiua & passiuam, & ad  
audiendum diuina officia. Tertius est commu-  
nicatio honorum & suffragiorum quæ ex intē-  
tione ecclesiæ applicatur, seu offerantur, pro  
omnibus Christianis. Quartus est cōmuni-  
care, seu habere partē in bonis & meritis aliorũ  
fidelium, quæ titulo charitatis applicatur om-  
nibus existentibus in gratia: secundum illud  
psalm 118. Particeps ego sum omnium timen-  
tium te, & custodientium inãdata tua. His sup-  
positis sit prima propositio. Excommunicatio  
non priuat quarta communicatione. Probatur  
quia illa communicatio fundatur in charitatē,  
charitatem autem non expellit nisi peccatum:  
sed excommunicatio non est peccatum, vt dixi-  
mus: ergo. Secũda propositio. Excommunica-  
tio priuat hominẽ reliquis tribus communica-  
tionibus. Vnde solet ab alijs distingui (& bene)



Excommunicatio est priuatio à quacunq; licita communicatione fidelium. Cōsule Caietanum quodlibet. 2. q. 12. Et nota antiquam consuetudinem ecclesie in excommunicatione, quod gradum fideles communicatione priuabantur. Et forte tot erant genera excommunicationū, quot genera communionum. Vnde Sylue. tria genera ponit verbo, excommunicatio. 1. §. 1. Aliquando enim priuabantur sola communione eucharistia, quæ antonomatice communio dicitur. vt trad. Dionys. de ecclesia. hierar. cap. 3. & ostendit Vualdē. libr. de sacramentis, cap. 95. Et de hac intelligo decretum Ioānis papæ. 3. q. 4. cap. Engeltrudam. Aliquando priuabantur Christi fideles ecclesiastico conuentu ad officia diuina audienda, vel ab oratione communi: quæ omnes poterant appellari minores excommunicationes, & eas videre licet. 5. questio 2. cap. præsentis. Et. 11. q. 3. cap. ad mensam. Et in concilio Niceno, cap. 11. & 12. Et Chryloto. homil. 17 in Matthæum circa finem.

Aliquando fideles priuabantur omni communione, quasi præcisi ab ecclesiastico corpore: & hanc veteres appellabant anathema, qua voce Iudæi extremam detestationem significare solebant, teste Hierony. super primo cap. epistolæ ad Galatas. Nos hæc tempestate duas tantum excommunicationes nouimus, ut

## De excōmu.

norē, qua quis priuatur cōmunionē passiuā sacramētorum omnium: maiorē qua etiā priuatur alijs fidelium communicationib⁹, vt habes de clerico excōmunicato cap. vlti.

331

Quæritur, vbi habetur in sacra scriptura, quod ecclesia possit hac pœnā puniri? Respōd. quod excōmunicatio fundatur in autoritate Pauli. i. Corin. 5. Iam iudicauit vt præsens trade re huiusmodi hominē satanæ in interitū carnis. Et re vera intelligitur, quod tulit in eū sententiam excōmunicationis. vt S. Tho. exponit. Itē fundatur in autoritate. i. Ioā. 5. Est peccatū ad mortē, non pro illo dico vt roget quis. Qui quidē locus licet multipliciter intelligatur, videtur quod sensus legitimus & literalis sit ille de quo dicitur. Si ecclesiā non audierit, sit tibi vt ethnicus & publicanus. Itē ad Titum. 3. Hæreticum hominē post primā & secundam monitionē deuita. Quē locum adducit S. Tho. ad hoc propositū. 2. d. 43. & quæstionib⁹ de malo, q. 3. ar. 15. 3. & ita videtur exponere, & forte illa est expositio literalis, & Matt. 18. Si ecclesiā nō audierit, sit tibi tanquā ethnicus & publicanus.

332

Quæritur, quomodo intelligatur quod excōmunicatio priuata receptione sacramētōrum an sit sensus quod faciat eā illicitā, ita videlicet quod nō potest excōmunicatus sacramētū iuscipere sine hoc quod peccet: tamē si de facto suscipiat,

cipiatur, verum suscipiat sacramētum. Vel an sit  
 sensus quod nō potest sine peccato suscipere,  
 nec si de facto suscipiat, tenet sacramētum: ita  
 quod vltra hoc quod peccat, sacramentum est  
 nullū. Hęc quęstio est vna de vtilioribus & dif-  
 ficilioribus totius huius materię. Et tota diffi-  
 cultas est de sacramēto pœnitētię, vtrū sit nul-  
 lum per hoc quod sumitur ab excōmunicato.  
 Pro cuius intelligētia est in primis notandum,  
 quod excōmunicatio non habet ex iure diuino  
 priuare à receptione sacramētorū, nec à partici-  
 patione sacrificiorū ecclesię. Nā de iure diuino  
 nullus est excōmunicatus: licet veniat excōmu-  
 nicādus ab ecclesia, secundū eius placitum & li-  
 mitationē. Secundo nota, quod in potestate ec-  
 clesię est, facere quod sacramentum pœnitētię  
 & sacramentum matrimonij sit nullum, vbi sus-  
 ciperetur ab excōmunicato, etiā inuincibiliter  
 ignorāte se esse excōmunicatum. Quod tñ non  
 posset ecclesia facere de alijs sacramentis im-  
 pimentibus charactere: quia habēt determi-  
 natā materiā de iure diuino, quę nō potest sub-  
 trahi, nec mutari. Hoc supposito dico, quod de  
 hac re sunt diuersę sentētię: licet omnes cōue-  
 niāt in hoc, quod si excōmunicat⁹ sciēs vel vin-  
 cibiliter ignorās se esse excōmunicatum, susci-  
 piat aliquod sacramētum, peccat mortaliter, &  
 est sacrileg⁹. Si verò accedat bona fide cū igno-  
 rantia

## De excōmu.

rātia inuincibili iuris vel facti, excusatur à mor-  
tali, & de hoc non est dubiū Sed loquēdo de an-  
nullatione, quidā dicunt quod si excom. in unica  
tū etiā inuincibiliter ignorās se esse excom. mu-  
nicatū, accedat ad sacramētum pœnitētiæ & ab-  
soluatur, nullum omnino sacramētum susci-  
pit. Probat, quia excommunicatio tollit iuris-  
dictionem, ita quod excommunicatus nullus  
est subditus: sed nullus sacerdos potest absolue-  
re non subditum, ergo. Patet consequētia, quia  
licet ignorātia excuset à peccato, tamē non po-  
test facere, quod sit validum id quod esset irri-  
tum si heret cum scientia opposita. Et hinc est,  
quod v. s. ecclesiæ habet, quod ante absolutio-  
nē à peccatis p̄mittatur absolutio ab excōmu-  
nicatione, ne annulletur sacramētum. Secunda,  
alij dicūt quod si excommunicatus accedat ad  
sacramētum pœnitētiæ cum ignorātia inui-  
cibili quę excuset illum à sacrilegio, verum sus-  
cipit sacramētum, nec tenetur amplius confi-  
teri de illis peccatis, sed querere absolutio-  
nem ab excommunicatiōe, & interim non misere-  
se diuinis. Hęc sentētia est Caieta in summa,  
verb. Impedimenta absolutiōis. Et Palud. 4.  
d. 18. q. 4. Adria. q. 2. de confessiōe, circa finem.  
Probat, quia licet absolutio sacramētalis sit iur-  
re p̄hibita excommunicato, nullo tamen iur-  
re est irrita, si de facto suscipiatur, nec v. s. ec-  
cle.

clesie habet contrarium, & qui hoc cogitant  
 decipiuntur, ergo. Item alia sacramēta non an-  
 nullantur per hoc quod suscipiantur ab excō-  
 municato, ergo nec hoc: nam detis vnde habea-  
 tis contrarium. Item quia alias iniusta esset sen-  
 tentia ecclesie, si vellet ignorantiam inuincibi-  
 lem condemnare. Si quis autem excommuni-  
 catus per ignorantiam vincibilem, accedat ad  
 sacramentum pœnitentiæ, dummodo confitea-  
 tur fictionem, vere suscipit sacramentum, & re-  
 cedente fictione consequitur effectum. Hanc  
 solus Caieta. tenet expresse. Et probatur, quia  
 pœnæ non sunt ampliandæ, sed potius restrin-  
 gendæ, vt patet de regu. iuris, in. 6. reg. 15. & 49.  
 Item eodem iure excluditur excommunicatus  
 à participatione sacramenti matrimonij, & sa-  
 cramenti absolutionis: sed ecclesia prohibens  
 excommunicato matrimonium, non irritat il-  
 lud, sed si fiat tenet, vt patet extra de eo qui du-  
 xit eam quam polluit per adulterium, capi. 6 &  
 de matrimonijs contractis cōtra interdictum  
 ecclesie, cap. 2. vnde ergo discrimen in verbis  
 eisdem generalibus? Si autem quis celebraue-  
 rit pro excommunicato, & applicauerit ei sa-  
 crificium, siue inuincibiliter siue vincibiliter  
 ignoret excōmunicationem, applicatio facta te-  
 net. Prohibētur enim Christiani cōmunicare,  
 non tamen inuadatur excommunicatio.

## De excōmuni.

333

Quæritur, vtrum annulletur sacramentum per hoc quod cōfertur ab excōmunicato? Respōd. & sit prima ppositio. Si sacerdos excōmunicatus quacunq; excōmunicatione, etiā propter notoriam clerici percussione, tenet cōferre quodcunq; sacramentum, excepto sacramento pœnitentiæ, verum sacramētum cōfert, quāuis peccet. Nec de hoc est dubium, siue faciat scienter, siue ignorāter, & tā vbi toleratur quā vbi nō toleratur. Secunda, Loquendo de sacramento pœnitentiæ, si sacerdos sit excōmunicat⁹ non nominatim, aut propter notoriam clerici percussione, & tentet absoluerē, verum sacramentum confert. Ita determinatur in extrauaganti concil. Constāti. ante quod nullus excōicatus poterat conferre sacramentū pœnitentiæ. Et hæc secunda ppositio intelligenda est vt prima, videlicet tā vbi talis sacerdos toleratur ab ecclesia quam vbi non toleratur, & tā vbi crimē propter quod est excōicatus est secretum, quā vbi est publicum. Tertia, si sacerdos sit excōmunicatus nominatim, aut propter notoriam clerici percussione, & cum hoc toleratur ab ecclesia, verum sacramentum pœnitentiæ cōfert, si de facto cōferat illud Patet, quia licet in iure nihil sit de hoc cautum, tamen non est credendum, quod ecclesia toleraret eum in publica administratione sacramentorū, & cum hoc veller quod



quod facta per ipsum essent irrita: p̄fecto esset intolerabilis error. Quarta, si sacerdos sit excōmunicatus nominatim, aut propter notoriam clericī percussionē, & eum nō toleretur ab ecclesia, si tentet absoluerē, nullum omnino confert sacramentum. Patet, quia illa seruatur ante concil. Constā. & ibi relinquitur ita seruandum perpetuis temporibus quoad illa duo genera excōmunicatorum, ergo. Item, quia talis nullā omnino habet iurisdictionē, ergo.

Queritur, de causa excōmunicationis an sit peccatum mortale? Quæstio hæc pōt dupliciter intelligi. Primo de iure. i. vtrum nō debeat ecclesia excōmunicare, nisi propter mortale. Secundo de facto, an si excōmunicet propter veniale vel aliud factum quod non sit peccatum, excōmunicatio teneat. In primo sensu cōmunis opinio est, quod nullus potest iure excōmunicari, nisi propter mortale. Patet ex verbis dñi Matthæi. 18. vbi tradita fuit potestas excōmunicandi, si peccauerit in te frater tuus, & c. Clarū est quod de venialibus non requiritur illa diligentia. Itē ex concil. Meldensi 1. q. 3. cap. nemo. Et hoc tenendum est pro certo licet aliquando viderim oppositum defendi. Secundo dico, quod licet excōmunicatio possit iure fieri pro quolibet mortali, quia finis ipsius est laesus Christiani, vt patet. 1. Cor. 5. quā tollit quodlibet mortale,

## De excōmū.

tale, tamē non debet ferri nisi pro grauissimis criminibus, de quibus aliter non speratur sanitas. Patet, quia est vltima medicina ecclesiastica, & nocet plusquā sigladijs feriretur vti ait Augustin<sup>9</sup> lre, quia excommunicatio nō debet ferri quousq; peccator non audiat ecclesiam. Item quia Paul<sup>9</sup> non meminit excommunicationis, nisi propter incestum, cum tamen essent plura alia crimina. Vnde patet, quod pro temporali damno non potest ferri excommunicatio, nisi sit nimis graue. Et quidem iudices pessime faciunt, & grauiter peccant concedendo excommunicationes pro rebus leuibus, por las vuas, mançanas, &c. Et est vna de pessimis consuetudinibus quorundam ministrorum ecclesiastica potestate abutentium, quæ omnia iam corrupta sunt. Et anathematis nomen, quo audito maiores nostri tenebant, irrifici nostris temporibus expositum est. Et ego credo, quod illæ excommunicationes non obligant, nisi præsumatur esse mortale id pro quo feruntur: non enim de hoc dubito.

335

Sed vtrum statim, quod homo peccat mortaliter, possit excommunicari? Resp. quod nō, quousq; sit contumax & rebellis ecclesiæ. Patet Matt. 18 Si peccauerit in te frater tuus, corripe eum, adhibe tecum, dic ecclesiæ (& vltimo venit excommunicatio) sicut tibi quasi ethnicus.

eus. Idem constat ex paulo, Hæreticum hominem post primam & secundam admonitionē deuita. Vnde de iure nullus potest excommunicari, nisi præcedat trina admonitio: vt patet in cap. sacrosancta, de senten. excommunicati. Trina tamen admonitio rō est de essentia excommunicationis: vt bene notat Palud. d. 18. in. 4 & Durand. ibidem, & Glossa in cap. prædicto. & in cap. statutus. Nec hoc est contra euāgelium, nam in euāgelio est dicitur ordo iuris, non tamen dicitur, quod ille est necessarius. Verum est quod non expedit aliter fieri quam in euāgelio expressum est. Nihilominus si quis semel admonitus excommunicaretur pro mortaliali, excommunicatio esset valida. Non dubito tamen quin admonitio sit de essentia excommunicationis: ita quod si quis excommunicaretur antequā esset admonitus, excommunicatio non teneret. Contra hoc potest fieri vnum argumentum, quia incurrentes excommunicationes latis in iure, nō admonentur prius, vt patet de incēdianis, de percussoribus clericorum, &c. qui quidem ipso facto incurrunt in sententiam, et ge. Resp. & tales tam sunt admoniti ab ecclesia, & a lege Christi prohibere talia ei in. 12, & illa est sufficiens admonitio.

Quæritur, vtum excommunicatio iniusta sit valida, vel vtum habeat aliquē effectum?

Nota

## De excōmu.

Nota quod excōmunicatio, sicut & quælibet alia sentētia, dupliciter potest esse iniusta. Primo quia ipso iure est nulla: vt si aliquis excōmunicet non subditum, talis cōtinet intolerabilē errorem, & nullum effectum habet, tā in foro exteriori, quam in interiori. Ita dicitur extra, de sentent. excōmuni. c. per tuas, & c. Statuimus, in. 6. eod. titu. Secūdo dicitur excōmunicatio iniusta ex parte iudicis, quia videlicet male iudicauit, quacūq; ex causa id fiat, siue ex odio, siue ex defectu probationis, siue ex ignorātia: talis tamen non est ipso iure irrita. Et de hac est nostra disputatio modo, vt trum liget? Est quæstio nimis grauis, & de qua sunt diuersæ sentētia. Caieta. 2. 2. q. 70. arti. 4. ad. 2. tenet expresse, quod talis sententia omnino est nulla, ita quod nullū prorsus habet effectum apud Deum, nec apud homines. Probat, quia excommunicatio non potest ferri nisi p. mortali, sed iste vt supponimus non peccauit mortaliter, ergo. Item quia sententia iniusta non est sentētia, nā secundum S. Tho. 2. 2. q. 70. ar. 4. iudicium iniustū nō est iudicium, ergo. Adria. quodlib. 6. tenet eandem sententiā. Oppositum tenent Ricard. d. 18. q. 5. ar. 3. Alexād. 4. p. q. 82. mēbr. vlt. Sylue. verb. excōmunicatio. 2. §. 2. & 3. Palud. 18. q. 1. art. 3. & Durād. 18. q. 4. Gratia. 11. q. 1. c. qui iustus, & videtur esse sentētia. S. Th. q. 21. additio. ar. 4. oēs isti di-

dicūt: quod excōmunicatio iniusta ex parte cau-  
 sę non sit iure irrita, est valida. Horū sententia  
 videtur fundari in cap. per tuas, de sentē. excō-  
 muni. §. verū inanis, vbi dicitur, quod iniuste  
 excōmunicatus debet recurrere ad superiorē,  
 & petere absolutionem ab excommunicatione.  
 iniusta, ne ecclesię sententiā contēnere videat-  
 ur, & ex hoc amplius ligetur. Re vera videtur  
 mihi, quod omnes isti auctores loquātur bre-  
 uius quam oporteat, ideo dicā vobis quod sen-  
 tio. Et sit prima propositio. Iniuste excōmuni-  
 catus non priuatur suffragijs ecclesię commu-  
 nibus. Hanc tenent omnes doctores etiam illi  
 qui asserunt sententiam iniustam ligare. Signā-  
 ter Ricardus, art. 7. q. 2. & Palud, q. 1. ar. 1. & Ale-  
 xand. vbi supra. in membr. 1. solus Durand. eā ne-  
 gat. sed rationes Caieta. & Adrian. sufficienter  
 eam probāt: ecclesia enim non approbat ini-  
 quā voluntatem & sententiam iudicis quantū  
 ad hoc, cum sit dānum innocētis, sine aliqua vti-  
 litate publica. Secunda propositio. Talis sentē-  
 tia quę non est ipso iure irrita, quātum ad hoc  
 valida est, quod sic excommunicatus non solū  
 propter scandalum, sed absolute tenetur vita-  
 re omnem communionem & vitari. Has duas  
 propositiones tenet B. Gregor. homil. 26. tra-  
 ctās illud Ioan. 20. Quorum remisistis pecca-  
 ta, & pater hęc. 2. ex multis iuris capitibus, & ex

## De excōmū.

Urbano papa u. quaest. 3. cap. quibusnam. Quia si semel daretur facultas cuiuslibet discernendi an causa sit iusta, vel non, esset magna confusio. & schisma: ideo ecclesia iustissime praecipit, ut talis remedia quaerat iuris, & interim sententiam teneat, & ei pareat. Tertia propositio: Si talis participaret in diuinis, vel alij eidem communicarent publice, easdem penas incurreret coram ecclesia, ac si sententia iusta esset. Si enim non est delata appellatio ad superiorem, & conuincor de communicatione contra praecipuum ecclesiae: iudex protecto iuste me condemnabit, tanquam irregularem. Haec Innocentius extra de sententia excommunicat. capi. 40. & Greg. in homilia citata. Quarta propositio, licet ex vi praecipui ecclesialici (etiam in secreto) ille teneatur evitare & euitari (quia praecipuum ecclesiae aequaliter obligat excommunicatum in publico, & in secreto) ex epicheia tamen, siue ex licentia praesumpta aut rati habitatione potest communicare sine scandalo. quia in alijs praecipuis sane interpretamur intentionem ecclesiae, cum non est verisimile ipsam vel se obligare. Hic autem nullo pacto est verisimile ecclesiam ad abstinendum obligare voluisse. Nec enim vult alicui innocenti inferre damnum, nisi propter bonum publicum. Privare autem in publico, necessarium est ad publicam



utilitatem: in secreto autem privare, non est necessarium. Hac puto esse mentem & Caieta. & S. Thomæ.

Quæritur, vtrum excommunicatio ignota liget. Ad hoc sit prima propositio. Si ignorantia inuincibilis sit facti & iuris, id est si sit talis quæ excuset à tota culpa mortali, excuset etiã à canone, non incurritur excommunicatio. In hoc omnes conveniunt, nec potest negari. Quia excommunicatio non potest ferri nisi pro mortali: sed iste non peccavit mortaliter vt supponimus, ergo. Patet hæc de constitutio. capi. 7. rem quæ culpa caret in damnũ vocari nõ convenit. Secunda, si quis peccet mortaliter, & excommunicatio non sit formaliter lata pro illo facto, non incurrit sententiam Canonis. i. si aliquis sciat se peccare mortaliter, & ignoret inuincibiliter id pro quo lata est excommunicatio, non est excommunicatus: V. g. occido Petrum & scio me peccare illum occidendo, ignoret tamẽ inuincibiliter illum esse clericum, non incurro excommunicationem. Patet, quia excommunicatio nõ est lata contra percussorem in hominis sed clerici, vt expresse habetur cap. Si vero, extra de sententia excommunicationis. Tertia, si tactum pro quo lata est excommunicatio, sit aliastictum, vel non condematũ iure diuino ignorata canonis excusat à pena. V. g. si papa nec

337

sub

## De excōmuni.

sub pœna excommunicationis præciperet ne quis vestiretur serico, & ego ignorarem canonem istū, non incurrerem excommunicationē, quia non pecco mortaliter cum ignorare inuincibiliter. Probatur ex c. proposuisti. 82. d. Quarta, in omnibus statutis satis ab ordinarijs citra papam, ignorantia iuris si sit inuincibilis, excusat a sententia canonis, etiā si faciā mortale pro quo est formaliter lata excōmunicatio, V. g. episcopus fert sententiā excommunicationis in concubinarjos, ego ignoro illā, non incurro eam: esto sim concubinarius. Et hoc generaliter est verum in omnibus quorūcunq; prælatorum inferiarum papa. Et etiam in religionibus patet, quia ita habetur extra de senten. excom. libr. 6. c. vt animarum periculis. vbi hoc ipsum, in expresse continetur. Et in his quatuor propositionib⁹ omnes cōueniūt doctores nemine discrepāte. Sed tota difficultas est de sententijs iuris satis à Papa, quibus est annexa excōmunicatio. V. g. lata est in iure excōmunicatio contra incendiarios, est dubium, an cadens in factum & ignorās inuincibiliter ius, incurrat excommunicationem. De hoc sunt diuersæ sententiæ inter docto, Adria. q. 3. de clauib⁹. Scot. d. 16. q. 98. Maior. d. 18. q. 2. & glos. in. c. a nobis, de senten. excom. & in c. vt animarū. Ioā. Andr. ibi. Barr. in l. cūctos populos, de summa Trinita. Omnes isti

isti tenent partē affirmatiuā, videlicet quod ignorantia iuris non excusat à pēna, seu excōmunicatiōe. Probāt ex prædicto cap. vt animarum. in quo papa in fauorē animarū instituit, quod non incurrat excommunicatiōē qui sciēs factū ignorat ius, sed præcipit id obseruari in litatis ordinariorū inferiorū: nullā prorsus faciēs mētionem de litatis papę, ergo cum solum ex ceperit sūmus pontifex ordinariorū sententias, fit vt sententia iuris cōmunis in sua vi perseueret. Item quia ignorantia iuris cui est annexa irregularitas, nō excuset a tali pēna, vt habetur in c. cum illorū, de sentēt. excōmu. ergo nec ignorantia iuris cui est annexa excōmunicatio excusabit ab ea. Hęc est horum sentētia, & quidē videtur quod sit tutior, præsertim quia fauet vsus ecclesię quę communiter irretitos his laqueis remittit ad superiores per cōfessores, esto poenitentes laborent inuincibili ignorantia. Oppositā sentētiā tenet Sylue. verb. excōmu. 2. §. 3. & excōmunicatio vltimo. §. 3. & verb. Ignorantia. 1. §. 8. & summa Angelic. Et videtur esse Caieta. & Anto. qui omnes tenent, quod ignorantia inuincibilis iuris excuset ab excōmunicatiōe. Probatur, excommunicatiō nō potest ferri nisi pro cōtumacia, vt patet ex euange sed qui ignorat inuincibiliter nō est contumax, ergo. Item si aliquis sciat substantiā mali actus, & ig-

## De excōmū.

noret inuincibiliter aliquā circumstantiam efus,  
non imputatur ei malitiam tali circumstantia,  
ergo. Ad argumenta vtriusq; opinionis potest  
faciliter responderi. Et quāuis sapientissimus  
magister Victoria in neutrá partem aperte de-  
clinat, tamē primam sententiā reputat tutiorē.  
Et ideo tenendum est, quod si fiat id pro quo la-  
ta est formaliter excommunicatio, incurritur,  
esto inuincibiliter ignoretur ius. Nec valet solu-  
tio Syluest. quia etiā pontifex est ordinarius, &  
quod eius sententiæ etiā excipiuntur in illo cap.  
vt animarū periculis, quia est contra cōmunē  
vsum loquendi. Nam in titul. de officio iudicis  
ordinarij. iurisperiti communiter distinguunt  
ordinarium à summo pontifice.

338

Quæritur, an incurrat sententiā excōicatio-  
nis qui facit aut omittit aliquid inuincibiliter  
credēs se incurrere excōicationē ppter illud?  
V. g. furatus sum decem aureos in ecclesia, &  
credo inuincibiliter quod ob illud crimē sit po-  
sita excommunicatio, cum tñ non sit: est dubiū,  
an incurrá? Et videtur quod sic, quia qui facit  
actum aliàs bonum, si cogitat esse malum, pec-  
cat propter illam conscientiā, ergo. Resp. quod  
in tali casu pecco mortaliter, & incurro tātā  
culpam & pœnam, quantam incurrissem, si de  
facto fuisset imposita excōmunicatio pro illo  
opere, sicut ego cogito: quia consciētia est quæ-  
dam

damnat, vel absoluit. Secundo dico, quod talis quādiu habet illam conscientiam debet se in omnibus habere, ac si vere esset excommunicatus, nam aliās peccabit propter conscientiam quam habet. Tertio dico, quod talis de facto nullam excōmunicationē incurrit. Probat̄ur quia ipse non potuit supra se ferre talem sententiā, nec alius tulit, ergo. Item quia si ille cogitasset eodem modo, quod propter illud opus incurrebat mortem temporalem, non incurrisset illā propter solam suam imaginationem, ergo. Ad argumentum in contrarium dico, quod nō est idem iudicium de culpa & de pœna, nā culpa pendet ex vniuscuiusq; voluntate, pœna autem non nisi à iure, vel à iudice.

Iam verò de secundo principaliter queritur vtrum liceat communicare cum excōmunicato? Hic sunt breuiter tria definienda. Primū, in quibus sit licitum communicare cum excōmunicato, & in quibus nō. Secundū, an incurrat aliquā censurā qui participat cū excōicato in prohibitis. Tertium, an sit semper mortale peccatū participare cum excōicatis in prohibitis. Quoad primū, sit prima propositio. Post concil. Cōstanti. duo genera excōicatorū tenemur vitare. scilicet excōmunicatos nominatim, & excōmunicatos propter notoriā clerici percussione: cum his inquam est prohibitum participare, in his



## De excōmu:

quę in hoc carmine continētur. Os, orare, vale,  
communio, mensa negatur. Hoc tamen intelli-  
gendum est, quādo tales excōmunicati non to-  
lerātur in ministerio ecclesię. Nam si tolerātur  
per communem errorem, iam diximus supra  
quod sacramenta ab eis collata sunt valida, ac  
proinde non teneimur vitare eos, etiam in istis.  
Hoc patet ex iure, & ex prædicto concil. Secun-  
da; Cū omnibus excōmunicatis quocunq; mo-  
do sint excōmunicati, est licitum participare in  
his quę hoc carmine cōtinentur. Utile, lex, hu-  
miles, res ignorata, necesse. Vide in summa Ca-  
ieta. declarationē horū verborū. Tertia, excōi-  
cato non nominatum, nec propter notoriā cleri-  
ci percussione, nullus tenetur vitare post cōcil.  
Constat. etiam in cōtēris in primo versu. Vn-  
de possumus cū eis colloqui, divina officia au-  
dire, inducere eos ad administrādum sacramē-  
ta si eis ex officio vel ex cōmissione hoc incum-  
bat: quia sic ordinavit cōcilium in fauorē ani-  
marum. Hęc est aliquorum non omnium. Nā  
Sylueit. Carēt & Adriā. tenent oppositum quo  
ad participationem sacramentorum tam acti-  
uā quam passiuam: aiunt enim eos peccare in  
tali administratione sacramentorum, ac proin-  
de non licere fidelibus eos inducere ad eā. For-  
sita cōcilium nō ordinavit, nisi quod facta per  
tales essent valida: quia hoc maxime expedie-  
bat



bat animabus. Quo ad secundum de quātitate  
 pœnæ, sit prima propositio. Qui participat in  
 prohibitis cum excōmunicatis, de quib⁹ loqui-  
 tur prima propositio, incurrit sententiā excō-  
 municationis maioris in duob⁹ casibus: Primo,  
 quando participat in crimine pro quo fuit lata  
 excommunicatio. Secundo, quādo excōmuni-  
 catio fertur sub hac forma. excōicāmus Petrū  
 & oēs participātes, & cum illo comunicātes.  
 Extra hos duos casus solū incurritur excōica-  
 tio minor: & de hoc nō est dubitādum. Secūda  
 propositio. Participare cum excōmunicatis de  
 quibus in prima propositione, est peccatū mor-  
 tale, solum in trib⁹ casibus: scilicet si participet  
 in diuinis, vel in crimine, vel in contemptu ec-  
 clesiæ seu clauium. In omnibus alijs solum erit  
 veniale participare cum eis. Hæc omnia habē-  
 tur ex determinatione concilij Constāti. vt A-  
 dria. Antonin. Caieta. Syluc. & vsus ecclesiæ te-  
 statur. Hoc dico, quia illa determinatio nō ex-  
 tat apud nos, nec in prædicto concil. ex defectu  
 impressorum. Sed multi testātur se vidisse, illā.  
 Et papa Euge. in quibusdam ordinationibus re-  
 uocauit omnia facta in cōcil. Basiliēsi, vbi fuit  
 ordinatum, quod oēs excōmunicati vitarē-  
 tur, quod erat cōtra determinationem cōcilij  
 Cōstant. Nota hic quod quilibet fidelis tenetur  
 iure diuino vitare excōmunicatum ( quocū-

## De excominu.

quē modo sit excōmunicatus) in duobus casib⁹  
præter eos quos recensuimus. Primus, quando  
eius cōuersatio est mihi nociua, qua moueat no-  
cendo in fide: vel circa bonos mores. Secundus  
quando ex mea conuersatione ipse sumit sau-  
rem, para autorizar su doctrina falsa, o error,  
propter quod est excommunicatus. Extra hos  
duos casus non est de iure diuino vitare excom-  
municatum, sed solum de iure positiuo.

340

Quæritur, vtrum excommunicatum ab epi-  
scopo Salmantino, vel Burgenfi, &c. teneatur  
vitare qui sunt de alio episcopatu, supposito  
quod sciant illum esse excommunicatum? Vi-  
detur quod non, quia supra Burgenfes nullā po-  
testatem habet episcopus Salmātinus, quomo-  
do ergo poterit illos obligare ad non participā-  
dum cum suo excommunicato? Scotus. 4. di-  
stinct. 19. q. 5. respondet (& bene) quod cēs qui  
sunt in ecclesia Dei tenentur vitare eum in quo-  
cunq; loco existat excommunicatus. Sed tamē  
non bene respondet ad argumentum in contra-  
rium, nam dicit quod episcopus non habet de  
iure diuino potestatem excommunicandi, nam  
sic non posset obligare non subiectos ad nō par-  
ticipandum cum suo excōmunicato: sed habet  
talem potestatem ex cōcessione papæ, à qua ha-  
bet, quod possit priuari omnibus suffragijs &  
communicacionibus licitis. Sed dico, quod epi-  
sco-

scopus de iure diuino habet potestatem excō-  
municandi subditos ex officio, & ordinaria &  
propria potestate. Et quicquid potest Papa in  
toto orbe, potest etiam episcopus in suo episco-  
patu, stando duntaxat in iure positiuo: pau-  
cis exceptis, vt creare episcopum. Vnde ad ar-  
gumentum, quomodo potest episcopus obli-  
gare non sibi subditos: dico quod potest ex eo,  
quod est de iure diuino, quod excōmunicatus  
in vno loco vitetur in omnibus alijs: vt patet  
ex serie euāgelica. Si ecclesiā non audierit, sit ti-  
bi quasi ethnicus & publicanus. Omnibus Chri-  
stianis dicitur illud, non solum dicitur illis qui  
vnus sunt episcopatus, sed omnibus. Secundo  
dico cum Maio. 4. distin. 18. quæst. 4. quod illa  
obligatio non prouenit ex senten. episcopi, sed  
ex dispositione iuris humani, quod quidem præ-  
cepit, quod excōmunicatus in vno episco-  
patu vitetur in alijs omnibus, vt habetur in con-  
cilio Niceno cap. 5. & in concilio Sardicen. cap.  
16. & 17. & in concilio Citrocheno, c. 2. & 3. Hęc  
autem habentur. 11. quæst. 3. in multis capit. cap.  
si quis presbyter, & cap. quisquis, &c.

Quæritur, an obligatio ad non participan-  
dum cum excōmunicatis, sit tanta, quod obli-  
get ad sui obseruantia, etiam cum periculo mor-  
tis. V. g. Tyrannus vel alius excōmunicatus mi-  
natur mihi mortem nisi eomunicem cū illo,

## De excomuni.

vel dicam ei missam, an teneat mori potiusquã  
id facere? Est quæstio grauis, & disputatur in  
prima secunda, q. 96. art 4. Sũt opinionones, qui-  
dam dicũt quod lex humana ex natura sua & de  
per se nõ potest obligare ad sui obseruatiã cum  
periculo mortis, & si aliquãdo obligat, est de  
per accidēs, quia scilicet adiungitur bono cõ-  
muni, vel fidei, vel religionis. Probãt quia de-  
bet esse iusta, vt si papa obligaret me ad nun-  
quam comedẽdum carnes feria sexta, certe es-  
set lex impia, ergo. Caiet. prima secũdæ loco ci-  
tato, tenet oppositum. Dicit enim quod papa  
& rex possunt condere legem quæ ex sua natu-  
ra & de per se obligat ad sui obseruatiã cum  
periculo mortis. Dicit secũdo quod si aliqua  
lex nõ obligat isto modo, est solum ex benigni-  
tate legislatoris, qui noluit obligare cũ tali peri-  
culo, non autem ex vi legis. In summa autẽ sua  
dicit multa respõdēs ad quæstionẽ. Primo ait,  
quod in humanis non est mortale communica-  
re cum excommunicatis in prohibitis, & quod  
ab excommunicatione propter talem metum  
excusatur. Secũdo dicit, quod in diuinis etiam  
secluso contemptu ecclesiæ, nullo modo licet  
communicare cum excommunicatis, etiam ob-  
uitãdam mortem. Quia talis participatio est  
mortalis, quæ nullo metu excusatur: vt dicitur  
in cap. sacramētis, extra de sententiã excom. mu.

Certe ista sentētia est nimis grauis & odiosa. Vnde dico, quod metus mortis excusat à mortali & ab excommunicatione, propter participationem in diuinis cum excommunicatis incurredam. tecluso contemptu ecclesiae. Probo quia non est verisimile, quod ecclesia intendit obligare ad obseruatiā iurāsi legum cū detrimento salutis proprię. Cum ergo excōmunicatio sit pœna ecclesiastica, & de iure positiuo nō est dicendū & obligat cum periculo mortis Et sic ad. c. sacramentis, dico, quod illa decretalis est intelligenda: quādo in contemptū ecclesie minatur mors. Vel qsi committitur peccatum mortale interueniēte morte. Vel qū participat in crimine criminoso cū excōmunicato, v t ait S. Tho. quod lib. 12. ar. 9. & Syluest. verb. metus, §. 7. & Durand. d. 18. q. 5.

Quæritur, vtrū in ipsemet excommunicat⁹ teneatur vitare fideles? & loquor de omnibus excommunicatis quocunq; modo. Respondeo, & sit prima propositio. Excommunicat⁹, cuius excommunicatio est occulta nō tenetur ratione excōmunicationis abstinere in publico consortiū aliorum, & communionem, etiam in diuinis, sed potest & debet se in omnibus ita habere, ac si non esset excommunicatus. Hęc est conclusio Syluestri verbo excommu. 3. §. 5. Probat⁹, nullus tenetur se infamare, imò omnes tenē

340



## De excōmu.

tur iure diuino & naturali ad tuendā famā maxime propriam (curā habe de bono nomine) ergo. Item quia quilibet tenetur non scādaliza re alios: sed si excommunicatus secrete, fugeret aliorū consortia, scandalizarentur illi nescientes causam, ergo non debet fugere. Secunda, publice excōicatus tenetur vitare alios fideles tā in publico quam in secreto: de hoc non est dubium. De quantitate autē culpæ publice excommunicati, si publice communicet cum alijs in diuinis & prohibitis, idem est iudiciū ac de peccato participantium cum eo, nō peccat ille magis quam illi, excepto quod fideles post cōciliū Constātiense habēt facultatem inducēdi excōmunicatos non nominatim, nec propter notoriam clerici percussione[m], ad aliqua in quibus si se intromitterēt ipsi excommunicati, non rogati, grauiter peccarent.

243

Sed vtrum vnus excommunicatus teneatur vitare aliū excōicatum? Videtur quod nō, quia olim leprosi qui hos excōicatos figurabāt, poterāt inuicem colloqui & conuersari, ergo. Item quia excōicati non sunt iā de corpore mystico ecclesiæ à quo separat excommunicatio, ergo. Resp. quod sine dubio tenēdum est quod ita est prohibitū excōmunicato, participare cū alijs excommunicatis, sicut cum alis fidelibus, & que peccat comunicādo cū illis, ac cū istis. Et

om-



omnes excommunicati, sic adinuicē communi-  
cātes, incurrūt excommunicationē minorē. Pa-  
tet, quia aliās excōicati essent melioris conditio-  
nis vt sic, quam non excommunicati, qui quidē  
priuātur illā cōuersatione. Itē, quia adhuc sunt  
mēbra ecclesiæ per fidē. Secundo dico, quod ex-  
communicati ob hoc solum quod sunt excom-  
municati, non sunt exempti à legibus & præce-  
ptis suorum prælatorum, & papæ. Quia non  
sunt omnino extra ecclesiam, sicut ethnici, nec  
sunt totaliter abscissi: & ideō tenētur superiori-  
bus parere, & secus facientes peccāt, & incurrūt  
alias excommunicationes & pœnas.

Dico vltimo, quod titulo excommunicatio-  
nis maioris prohibetur non solū licita conuer-  
satio cū excommunicato, sed etiam illicita. Vn-  
de mulier subijciens se excōicato, grauius pec-  
caret quā si peccaret cum non excommunica-  
to. Ita q; præter malitiā quā habet illud pecca-  
tum ex suo genere, habet aliquā rationē cuius-  
tatiæ excommunicationis. Hoc patet, quia in  
prohibitione communicationis, includitur p-  
hibitio illicitæ communicationis à fortiori: &  
non dubites de hoc.

Dico deniq; non sacerdotes posse excōmu-  
nicare, dū modo iurisdictionē habeāt in foro cō-  
tētioso, vt archidiaconi, legati, & electi. Sed est  
grauē dubiū, an occulte excōicat<sup>9</sup> possit excōi-

340

341

## De excōmu.

oarc: ita quod talis sententia valeat? Palud. 4. d. 21 q. 1. respondet, quod sic. Probat ex cap. ad p-bādum, de sententia & re iudicata. Et ex l. barbarus. ff. de re iudicata. Et habetur. 3. q. 7. c. 1. & 8. q. 4. cap. nonne. Idem tenet Gratianus. 3. p. q. 7. in ius. Contrarium Syluest. verbo, excommu. 2. §. 1. Nam Alexander. 24. q. 1. c. audiui mus, dicit excōmunicatum excōmunicare non posse, nec enim dicere potest quenquam iam prostratus. Idem patet in cap. aduersus, de immunitate ecclesiarum, & ibi glossa Et in cap. exceptionem: de exceptionibus. Ad hoc respondetur, publico excōmunicatū suspensum esse ab officio & beneficio ecclesiastico, de iure communi, ecclesiastico tamen, nam à civili non est suspensus, ita quod sententia non valeat: nisi cum per annum perseuerat in excommunicatione, vt habetur extra. de hæreticis, cap. excommunicam. §. credentes. Suspensus quoque est à beneficio suscipiendo: ita quod nō possit accipere, nec retinere si accipit. patet, de clerico excommunicato, cap. Postulauit. A fructibus etiam percipiēdis beneficij quod habuit ante excōmunicationem, ipso iure suspēditur, de appellatio, cap. pastoralis. §. verum quia Sed non priuatur beneficijs habitis ante excommunicationem eo ipso: priuādi tamē sunt & expoliādi: si diu in excommunicatione permaneat: vt patet de extate &

& qualitate, cap. cum bonæ memoriæ. Et de hereticis cap. excommunicamus. §. credentes. Sūt item ab officio suspensi. Patet. 24. q. 1. cap. audimus. Et de excessibus prælatorū c. vlt. Et omnes iurisperitis atq; theologis ita sentiūt. Occulte aut̄ excoīcatus est suspēlus ab officio. Nā publici officij gesta ab excommunicato occulto valent, nec sunt irrita quamdiu toleratur ab ecclesia. Et hæc opinio communis Ricard. 4. dist. 18. art. 7. quæ sit. 1. Caieta. in summa, verbo absolutio. Innocēt. cap. veritatis, de dolo, & contumat. Panormita. ibidem. Sylueit. verbo excommunicatio. 3. paragra. 10. 11. & 23. Nam si actus occulte excommunicati irritarentur, postea eum detegeretur excommunicatio multi do suo statu dubitarent. Item patet ex cencil. Cōstantiē: in quo ad euitanda scādala & multa pericula, solum priuatur à communicatione excommunicatorum qui sunt specialiter nominati, vel percussores clericorum: & tamen si essent irrita quæ facerent, teneremur abstinere. Item in cap. ex pia, de exceptio. libr. 6. Item sententia lata ab excommunicato occulte, tenet quantum ad exteriora, & non solū ratione scādali. 8. quæstio, 4. cap. nōne. Credo tamē, quod per talem sententiam non priuatur excoīnicatus suffragijs communibus. Quia ex parte tenentis erat nulla: sed valida ratione præcepti

## De excōmū.

ecclesiastici, & propter vtilitatem cōcin. Confirmatur, quia concil. Constant. voluit illam indulgētiam esse non in reuelationem excommunicati, sed populi Christiani: ergo cum priuare suffragijs pertineat ad autoritatē ipsius excommunicatis, non debet releuari suffragijs inquā, id est bonis interioribus quæ Deus præbet inēbris suæ ecclesiæ. Nam bene priuat eum orationibus publicis, missa, officio diuino. An autē publice excommunicatus possit dare facultatem audiendi confessiones? Palud. 4. d. 2. q. 2. tenet quod sic Ego credo quod nō, quia est suspēsus. Occulte autē excommunicatus licite potest alteri committere, ipse verò licite absolueri non potest.

346

Quo ad quartum & vltimum de excommunicatione minori dicimus primò, quod excommunicatio minor est censura ecclesiastica, qua homo excluditur à passiuā tātum participatione sacramētorum: & consequenti à passiuā electione canonica. Quia sic disponitur, extra de clerico excommunicato. Et hæc excommunicatio post concil. Constant. in duobus tātum casibus incurritur. Primus si participatio interuenit cum nominatim excōmunicatis publice. Secundus si cū excommunicatis propter manum violentam in clericum notoriam (extra casus a iure permisso) & peccat mortaliter peccato

facrilegij excommunicatus minore excommu-  
 nicatione, si se ingerit passivæ participationi cu-  
 iusq; sacramēti. Quia exclusus ab ecclesia indi-  
 gnus accedit: sicut excōicatus maiore ingerēs  
 se divinis. Participātes autē cū excommunicato  
 minore nullā ex participatione incurrunt cen-  
 suram. Quia excommunicatio minor non trá-  
 sit in tertiam personam.

Sed utrum quilibet sacerdos possit absolue-  
 re ab excommunicatione minori? Respondeo,  
 quod non secundum Caieta. verb. Absolutio. &  
 verb. Excōicatio minor, circa fin. Et Sylve. ver-  
 bo Absolutio. 1. §. 2. & est cōmunis opinio. Pro-  
 bat Caieta. quia quæcūq; excommunicatio est  
 vinculum fori contentiosi, ergo exigitur in ab-  
 soluente potestas iurisdictionis in eodem foro:  
 at simplex sacerdos non est iudex, nec habet ni-  
 si potestatem ordinis, ergo. Confirmatur ex capi-  
 tulo nuper, de sentent. excom. Oportet ergo recurre-  
 re ad ministrum ecclesiæ habentē alias potesta-  
 tem iurisdictionis: & posset diaconus, imò sim-  
 plex clericus habens iurisdictionem, absolvere  
 à minore excommunicatione, inulto magis quā  
 à maiore. Quoniam utriusq; absolutio non spe-  
 ctat ad potestatem ordinis, sed iurisdictionis.  
 Et ita pro materia excommunicationis suffi-  
 ciunt.

347

LAYS DE O.



CONIMBRICAE.

Excudebat Antonius à Maris,  
Vniuersitatis Typographus.

Anno Domini.

M. D. LXXII.

Mense Nouem  
bri.



¶ SEQUITVR TABVLA  
quæstionum & articulorum in  
hac summa contentorum.

Quest. i. de sacramentis in communi.



Vid sit sacramentum. fol. n. num. 1.

Vtrum differant sacramenta nouæ legis à  
sacramentis veteris legis. fol. 2. num. 2.

Sacramenta nouæ legis quot sint? t. 3. nu. 3.

Sacramenta septem nouæ legis à quo fuerint insti-  
tuta? ibidem, nume. 4.

Sacramenta septem, an omnia sint verè & proprie  
sacramenta. ibidem nume. 5.

Sacramenta septem nouæ legis, an contineant gra-  
tiam, &c. fol. 4. numer. 6.

Sacramentorum sufficiëntia ostenditur. fol. eod. n. 7.

De Baptismo.

Baptismus quâdo fuerit institutus. f. 5. n. 8. & n. 9.

Vtrum obligatio baptismi, & aliorum sacramen-  
torum nouæ legis incœperit statim post Christi  
palsũ. f. 6. n. 10. Et quâdo legalia cessauerũt. ibidẽ.

Promulgatio euangelij quâdo fuit facta sufficien-  
ter. fol. 7. nume. 11.

Baptismi materia quæ sit. fol. 8. num. 12.

Baptismi forma quæ sit. fol. 8. num. 13.

Baptismi forma quæ mutatio impediatur. fol. 8. n. 14.

Baptism⁹ in nomine Christi an sit validus. f. 9. n. 15.

## Tabula.

- Baptismus in noīe Trinitatis an sit valid⁹. f. 9. n. 16.  
Baptizās an ppriā personā exprimere debeat. f. 10.  
Baptizare vnū vtrum duo simul possint? fol. eodē.  
Baptizata psona, vtrū debeat explicari. fol. eo. n. 18.  
Vtrum sit necessarium, quod puer baptizādus iner-  
gatur aqua. fol. 11. numer. 19.  
Baptismus vtrum remittat omnia peccata etiam a-  
ctualia. folio eodem, numer. 20.  
Vtrum baptismus remittat totam pœnam. fol. eod.  
Vtrum in baptismo detur gratia: fol. 12. numer. 21.  
Vtrum baptismus in omnibus conferat æqualem ef-  
fectum. fol. eodem, numer. 22.  
Vtrum peccator in actuali peccato sit baptizandus.  
folio eodem, numer. 23.  
Vtrum recedente sictione incipiat valere baptis-  
mus. fol. 13.  
Vtrum sint plura baptismata. fol. eodem, num. 24.  
Vtrum pueri sint baptizandi. fol. 14. numer. 25.  
Vtrū furiosi & amētes sint baptizādi fol. eod. nu. 26.  
Vtrum pueri infidelium inuitis parentibus sint bap-  
tizandi. folio eodem. numer. 27.  
Vtrum mali ministri conferant vera sacramenta.  
folio 15. numer. 28.  
Vtrum ministrans sacramenta in mortali peccet  
mortaliter. folio 16. numer. 29.  
Vtrum liceat recipere sacramēta à malis ministris.  
folio 17. numer. 30.  
Vtrum liceat recipere baptismum ab excommuni-  
catis. f. eod. n. 31.

## Tabula.

Vtrū puer intra vterū possit baptizari. fol. 18. nu. 32.

Quid faciendū de muliere dānata ad mortē. f. eo. n. 33

Quæ ætate sunt pueri baptizandi. ibidem. nu. 34.

Vtrum ad baptismum requiratur intentio baptizantis. fol. 19. numer. 35.

Vtrum baptismus possit iterari. folio eodem, nu. 36.

Vtrum p̄tero secere baptizato, sint repetendæ solennes benedictiones eccles. fol. 21. num. 37.

Vtrū in baptismo puer faciat votū. fol. eodē. nu. 38.

Vtrum in baptismo debeant concurrere simul materia & forma. folio eodem. num. 39.

### Quæstio. 2 de Confirmatione.

Vtrum Confirmatio sit à Christo instituta. folio 21. numer. 40.

Quæ sit materia confirmationis. fol. 23. numer. 41.

Vtrū balsamū sit de necessitate cōfirmationis. ibid.

Vtrū chrisma debeat esse cōsecratum. ibidē. nu. 42.

An chrisma debeat ab episcopo cōsecrari. f. 24. n. 43

Quæ sit forma confirmationis. fol. eodē. num. 44.

An confirmatio imprimat characterē. fol. eod. n. 45.

An possit aliquis nō baptizatus cōfirmari. f. 25. n. 46.

An cōfirmatio conferat gratiam. folio eodē, nu. 47.

An omnes debeant confirmari. fol. eodem, num. 48.

In qua ætate sit conferendum hoc sacramentum confirmationis. folio. 46. numer. 49.

An solus episcopus possit hoc sacramentum conferre. fol. eodem, numer. 50.

Quis sit ritus sacramēti cōfirmationis. f. eod. nu. 51.

# Tabula.

## Quæstio. 3. de Eucharistia.

- **V**trum Eucharistia sit sacramentum. fol. 27. n. 52.
- **V**trū sit de necessitate salutis. fol. 28. numer. 53.
- **V**trū sint aliquæ figurę huius sacramēti. f. eod. n. 54.
- **V**trū materia eucharistię sit panis & vinū. f. 28. n. 55.
- **V**trū panis cōsecrādus debeat esse azym<sup>9</sup> f. 29. n. 56.
- **V**trum requiratur certa & determinata quantitas panis. folio. 30. numer. 57
- **V**trum oporteat materiam consecrationis esse præsentem. fol. eodem. numer. 58.
- **V**trū vinū sit materia huius sacramēti. fol. eod. n. 59
- **V**trum in aceto possit cōsecrari. fol. eod. pagina. 2.
- **V**trum in iusto possit cōsecrari. ibidem.
- **V**trum aqua sit miscenda cū vino. fol. 31. nu. 60.
- **V**trum in eucharistia maneat substātia panis. folio eodem. numer. 61.
- **V**trum omnia accidētia panis & vini maneāt. folio eodem. numer. 62.
- **V**trum hæc conuersio sit instantanea, vel successiua. folio. 32. numer. 63.
- **V**trum Christus sit totus in tota hostia: & totus in qualibet parte. folio. eodem. numer. 64.
- **V**trum contentia & existentia corporis & sanguinis Christi, & totius Christi sub speciebus panis & vini, sit vera & realis. folio 33. nu. 65.
- **V**trum realis existentia & contentia totius Christi & partium eius in sacramento eucharistię, durer duntaxat pro tempore quo sacramentum est in

## Tabula.

- in vsu, &c. folio eodem. numer. 66.
- Vtrum in sacramento Eucharistiae Christus sit adorandus adoratione patriae nõ solum interno cultu, sed etiam externo. folio. 33. numer. 67.
- Eucharistia quod in sacrario reſeruari liceat. & ad infirmos deferre, ostenditur folio. 34. num. 68.
- Vtrũ Christus moueatur in eucharistia. f. eod. n. 69.
- Vtrum Christus possit videri in hostia consecrata. folio eodem, numero. 70.
- Quid faciendum quãdo in hostia apparet puer, vel alia forma quæuis folio. 35. numer. 71.
- An accidentia in hoc sacramento habeant aliquod subiectum. folio eodem, numer. 72.
- An liquor non consecratus possit misceri vino consecrato. folio. 36. numer. 73.
- Quæ sit forma cõsecrandi panis. fol. eodem. n. 74.
- Quid demõstretur per ly hoc. fol. 37. numer. 75.
- Qui sint effectus Eucharistiae. fol. 38. nume. 76.
- Vtrum per hoc sacramentum remittatur mortale peccatum. folio eodem. nume. 77.
- Vtrum prærequiratur confessio ante Eucharistiae sumptionem folio. 39. nume. 78.
- Vtrum aliquando liceat sumere sine præuia confessione. folio. 40. numer. 79.
- Vtrum Eucharistia sit danda peccatori perseverãti in peccato. fol. 41. numer. 80.
- Vtrum nocturna pollutio impediãt sumptionẽ Eucharistiae. folio. 42. numer. 81.

## Tabula.

- Vtrum sumens Eucharistiam debeat esse ieiunus.  
folio.43.numer.82.
- Vtrum in necessitate liceat consecrare post pran-  
dium.folio eodem,num.84.
- Vtrum Eucharistia possit dari non habentibus v-  
tum rationis.folio.44.numer.84.
- vtrū liceat quotidie communicare, fol.45.num.85.
- vtrū sit præceptū de eucharistie sūptione. f.46 n.86
- vtrum sit necessarium sumere Eucharistiam sub v-  
traque specie.folio.47 numer.87.
- vtrum miniter Eucharistie sit sacerdos f.48 n.88.
- vtrum communis clericos pertineat ad sacerdotes  
solos,folio eodem, numer. 89.
- An malus sacerdos possit consecrare.fol.eod.n.90.
- An missa mali sacerdotis tantum profit ac missa bo-  
ni,folio.49 numer.91.
- An hæretici,schismatici,excōmunicati, possint con-  
secrare. folio eodem, numer.92.
- An liceat audire missam, aut recipere Eucharistiam  
ab hæreticis, schismaticis, & excōmun. f.50. n.94.
- An liceat sacerdoti abstinere omnino à celebratio-  
ne.folio.51.numer.94.
- Quod sit opportunum tempus ad celebrandum.  
folio eodem, numer.95
- An liceat pluries in die celebrare. fol.52.num.96.
- Quo tempore missa sit celebranda. fol.53. num.97.
- In quo loco sit celebrandum. folio eodem, nu.98.
- Quomodo ecclesia violatur & reconciliari debeat.  
fol.54 nu.99.



## Tabula.

Quādo incepit missæ celebratio. fol. 54. num. 100.

Quomodo sit occurrendum defectibus in missa  
contingentibus. folio 55. numer. 101.

Missā an sit sacrificium. fol. 56. numer. 102.

Christus quidd in vltima cœna seipsum sub spe-  
ciebus panis & vini Deo patri pro nobis obtu-  
lerit, ostenditur. folio eodem, numer. 103.

Quæstio. 4. De pœnitentia.

**A**N pœnitentia sit sacramentum. fol. 57. num. 104.

Quæ sit materia pœnitentiæ, fol. 58. nu. 105.

Quæ sit forma. folio. 59. numer. 106.

An pœnitentia sit sufficiens remedium contra pec-  
cata. folio eodem, numer. 107.

An pœnitentia sit necessaria post peccatum. Fol. 60.  
numer. 108.

An per pœnitentiam pœna debita peccatis remit-  
tatur. folio eodem, numer. 109.

Quomodo remittatur peccata venialia. fol. 61. n. 110

An peccata remissa semel, redeant persequens pec-  
catum mortale, fol. 62. numer. 111.

An per pœnitentiam restituatur gratia perdita, &  
virtutes, folio eodem, numer. 112.

Per omnia bona opera restituitur aliquid de gra-  
tia perdita, fol. 63. numer. 113.

Quid sit contritio, Folio. 64 numer. 114.

Vtrum sufficiat solum dolere de præteritis, vel  
an requiratur propositum cauendi futura. Fol.  
eodem, numer. 115.

## Tabula.

utrum contritio debeat esse distincta de singulis peccatis. folio. 65. num. 116.

utrum quicumque dolor licet paruus sufficiat ad remissionem peccatorum. fol. 66. nume. 117.

utrum de maiori peccato sit habenda maior contritio. fol. 67. numer. 118.

utrum cōtritio debeat procedere ex dilectione Dei super omnia. fol. eod. numer. 119.

utrum omnis qui habet contritionem consequatur gratiam infallibiliter. fol. 68. numer. 120.

utrum attritio possit fieri cōtritio. fol. 69. nume. 121.

utrum tota vita præsens sit tempus contritionis, & quando tenetur homo conteri. fol. eod. num. 122.

utrum post hanc vitam sit locus poenitentiae. fol. 70. n. 123.

utrum peccata venialia remittantur post hanc vitam. fol. eodem, nume. 124.

utrum remittatur per cōtritionem tota poena debita peccatis. folio. 71. numer. 125.

utrum confessio sit de necessitate salutis sicut baptismus. folio eodem, numer. 126.

utrum confessio sit tam necessaria sicut baptismus. fol. 72. numer. 127.

utrum cōfessio sit de iure naturali. fol. eod. nu. 128.

utrum teneamur cōfiteri peccata venialia. f. 73. n. 129.

utrum possit aliquis cōfiteri peccatum quod non habet. fol. eodem. numer. 130.

Item de scrupulosis. fol 74.

An qui confitetur veniale quod nō fecit, peccet mortali

# Tabula.

- taliter. folio. 74. nume. 131.  
De tempore quo obligat præceptum confessionis.  
folio. 75. nume 132  
Vtrū aliquādo teneamur statim cōfiteri. f. 76. n. 133.  
Vtrum teneamur confiteri in articulo mortis. fol.  
77. numer. 134.  
Vtrū ante Eucharistiā teneamur cōfiteri. fol. eodem  
Vtrum ad recipienda alia sacramenta teneamur  
confiteri. fol. eodem. numer. 135.  
Vtrum ad administranda sacramenta teneamur  
confiteri. folio. 78 numer. 136.  
Vtrū teneamur confiteri semel in anno. fol. eo. n. 137.  
Vtrum obliuiosus teneatur scribere peccata ad cō-  
fitendum. fol. 79. numer. 138.  
In qua ætate tenetur homo confiteri peccata sua.  
fol. eodem. numer. 139.  
Vtrum papa possit dispensare in præcepto confes-  
sionis. folio. eodem numer. 140.  
Vtrū sit necessarium cōfiteri sacerdoti. fol. 80. n. 141.  
Vtrum venialia possint cōfiteri laico. fol. 81. nu. 142.  
Vtrum mortalia possint laico cōfiteri. f. eod. nu. 143.  
An sacerdotes in peccato mortali existētes potesta-  
tem habeant absoluendi pœnitentes in confessio-  
ne sacramentali fol. 82. n. mer. 144.  
Vtrum confessio sit facienda proprio sacerdoti.  
fol. eodem. numer. 145.  
Quis sit proprius sacerdos. fol. 83.  
Vtrum in absentia proprii sacerdotis liceat confite

# Tabula.

ri alteri. Folio eodem.

Vtrum petens à proprio sacerdote licétiam, & non  
obtinés, possit cōfiteri cuiuncq; voluerit. fol. 83.

Cum nō expediat proprio sacerdoti confiteri quid  
faciendum. folio. 84. numer. 146.

Vtrum qui in pascha communicauit sine confessio  
ne præuia, teneatur iterum confiteri illo met an  
no. Folio eodem, numer. 147.

Qui ex causa nō communicauit in pascha an tenea  
tur poitea communicare. Folio eodem, num. 148.

Vtrum de licentia proprij sacerdotis liceat alteri  
confiteri. Folio eodem. num. 149.

Vtrum potens eligere confessorem, possit eligere sa  
cerdote in non expositum. Fol. 85. numer. 150.

Vtrum proprius sacerdos possit audire sibi subdi  
tum in alio episcopatu. folio. eodem, numer. 151.

Vtrum non sacerdos habens curam animarum, pos  
sit concedere facultatem eligendi confessorem.

Folio eodem, numer 152.

Vtrū rati habitio det facultatē absoluēdi. f. 86. n. 153.

Quis sit proprius sacerdos singularum personarū.  
Folio eodem, numer. 154.

Itinerantium, & peregrinorum quis sit proprius cō  
fessor. Folio 87 numer. 155.

Vtrum in articulo mortis quilibet possit absolui à  
quolibet sacerdote. Folio. 88 numer 156.

Vtrum cōfessio in fornis sit valida. Fol. eod. n. 157.

Vtrum sacerdotes debeat absoluerē eum quem scit  
imper

## Tabula.

- imperfeete dolere. Fol. 900. numer 158.
- Vtrum confessio debeat esse integra. fol. eod. n. 159.
- Vtrum confessio non integra ex negligentia examinationis, sit valida Folio eodem, numer. 160.
- Vtrum requiratur maxima diligentia ad examinanda conscientiam. Folio 91. numer. 161.
- Vtrum confessor debeat eum audire qui non fecit examinationem. Folio eodem, pagina secunda.
- Vtrum habens peccata reservata possit integre confiteri. fol eodem, numer. 162.
- Vtrum inferior aliquando possit absoluerè à reservatis. Folio. 92.
- Vtrum per confessionem informem satisfiat præcepto ecclesie. folio eodem, numer. 163.
- Vtrum in necessitate confessio dimidiata sit valida Folio. 93. numer. 164.
- Vtrum virtute absolutionis remittentur peccata oblita. ibidem, numer. 165.
- Vtrum in confessionibus generalibus de peccatis alias confessis, liceat dimidiare confessionem. Folio eodem, numer. 166.
- Vtrum ex defectu satisfactionis sit iteranda confessio. Folio eodem, numer. 167.
- Vtrum confessio facta sacerdoti ignoranti sit valida. Folio. 94. numer. 168.
- Vtrum confessio in qua sacerdos non aduertit ad peccata sit valida Folio eodem, numer 169.
- Vtrum liceat cōfiteri peccata semel iam confessã. fol. eodem. nu. 170.

## Tabula.

- Vtrum confessio per nuntium teneat. fol. 95 nu. 171.  
De confessione per interpretem. fol. 96. nu. 172.  
De confessione per scripturam. fol. eod. num. 173.  
Vtrum teneamur confiteri circumstantias peccatorum. folio eodem. nume 174.  
Quæ circumstantiæ sint necessario cõfiteñde. f. 97. n. 175  
De circumstantiis aggrauantibus. fol. 98. nu. 176.  
Vtrum confessor possit absolueræ pœnitentem contra propriam opinionem. 99. numer. 177.  
Vtrum necessario sit confitendus numerus peccatorum. folio. 100. nume. 178.  
Vtrum si quis confiteatur se peccasse decies, vel duo decies, & non recordetur tunc nisi decẽ & postea recordatur distincte alterius peccati, teneatur illud confiteri in particulari? f. 101. num. 179:  
Vtrũ modus secreti cõfiteñdi soli sacerdoti, sit alienus ab institutione & inãdato Christi. fol. eo. n. 180  
Vtrum absolutio sacramentalis sacerdotis sit actus vere & realiter iudicialis, hoc est, vere & realiter præstans & efficiens realem absolutionem vel non, sed duntaxat declaret pœnitentem iam esse absolutum. ibidem, numer 181.  
Vtrum sacerdos possit sacramentaliter absolueræ pœnitentẽ, cuius confessionẽ nõ audiuit. ibi. n. 182.  
Vtrũ sigillũ cõfessionis sit necessariũ. ibidẽ. nu. 183.  
Quid faciet confessor cum interrogatur de peccato confessio sibi. folio. 102. num. 184.  
Quomodo reparabitur defectus factus in confessione. fol. eodem. numer. 185:



## Tabula.

- Vtrum sacerdos teneatur silere peccatum publicū sibi confessum. folio. 103. numer. 186.
- Vtrum de licentia pœnitentis liceat confessori reuelare peccatum. folio eodem, numer. 187.
- Vtrum alia quæ sciuntur in confessione præter peccata, cadant sub sigillo cōfessionis. fol. 104. n. 188.
- Vtrum in cōmuni liceat reuelare peccata audita in confessione. folio eodem, numer. 189.
- Vtrum secreta quæ extra confessionem committuntur sub sigillo confessionis, sint sicut secreta cōfessionis silenda. fol. eodem. numer. 190.
- Vtrum cōfessio sit à Christo præcepta. ibidē. n. 191.
- Consil. de confessio. ante xl. fol. 106. numer. 192.
- An teneatur confessor interrogare pœnitentem. fol. eodem, numero. 193.
- Vtrum circumstantia loci sit necessario confitenda. fol. 107. numer. 194.
- Vtrū circumstātia temporis etiam. fol. eod. num. 195.
- Vtrum liceat habere duos cōfessores, vnū pro māgnis, alterum pro leuibus. fol. 108. numer. 196.
- Vtrum ei qui credit se iterum peccaturum, sit negāda absolutio. fol. eodem, numer. 197.
- Vtrum post confessionem inaneat reatus ad pœnā. folio eodem, numer. 198.
- Vtrū possit aliquis satisfacere p̄ peccatis. ibid. n. 199.
- Vtrum vnus homo possit pro alio satisfacere. folio 109. numer. 200.
- Vtrum possit homo satisfacere pro vno peccato & nō pro alio. f. 110. n. 201.

## Tabula.

Vtrum satisfactio debeat fieri pro opera pœnalia.  
Folio 100. numer. 202.

Vtrum possit fieri satisfactio per opera aliàs debita. fol. 111. numer. 203.

Adimplens pœnitentiam iniunctam à cōfessore, dū audit missā de pœcepto, satisfaciat. fol. 112. n. 204.

An is cui iniungitur quod ieiunet satisfaciat ieiunādo in die pœcepto ab ecclesia. fol. eod. num. 205.

Vtrum homo per seipsum debeat pœnitentiam iniunctam implere. fol. 113. numer. 206.

Vtrum flagella inflicta à Deo sint satisfactoria pro peccatis. folio eodem, num. 207.

Vtrum opera pœnalia satisfactoria sint tria: ieiunium, elemosyna, oratio. fol. 114. numer. 208.

Vtrum pœnitens teneatur adimplere pœnitentiam iniunctam. folio eodem.

Vtrum possit confessor imponere quancunque pœnitentiam. folio eodem, numer. 209.

Vtrum possit confessor imponere quancunque pœnitentiam voluerit pro suo arbitrio. fol. 115. n. 210.

Vtrum secundus confessor possit commutare, vel tollere pœnitentiam iniunctam à primo confessore. fol. 116. num. 211.

### Quæstio. 5. de Extrema vnctio.

Vtrum extrema vnctio sit sacramentū. fol. 116. n. 212.

Vtrum sit à Christo instituta. fol. 117. num. 213.

De effectu eius. folio eodem. num. 214.

Vtrum sit vnum sacramentum, an plura. folio. 118. num. 215.

## Tabula.

- Vtrum oleum sit materia eius. folio. iij8. nu. 216.  
Vtrum oleum debeat esse consecratum. folio. iij9.  
numer. 217.  
Quæ sit forma huius sacramenti. Fol. eod. n. 218.  
An sit de necessitate salutis, fol. eod. nu. iij9.  
Vtrum omnis sacerdos sit minister extreme vñctio  
nis. fol. i20. numer. 220.  
Vtrum sanis debeat conferri. Fol. eod. nume. 221.  
Vtrum omnes infirmi sint vngendi. fol. eod. nu. 222.  
In quibus partibus debeat vngi infirmi fol. i21. n. 223  
Vtrum extrema vñctio sit sacramentum iterabile.  
Folio eodem, numer. 224.

### Quæstio sexta de Ordine.

- Vtrum septem ordines sint ex institutione diui  
na. fol. i22. nu. 225.  
vtrum ordo sit sacramentum. fol. i23. num. 226.  
vtrum in nouo testamento sit sacerdotium visibi  
le & externum. Sitq; aliqua realis & vera pote  
tas consecrandi verum corpus & sanguinem  
Domini nostri Iesu Christi, & peccata remitten  
di & retinendi. folio. i24. numer. 227.  
vtrum per sacram ordinationem detur Spiritus san  
ctus, & imprimatur character indelebilis: ita vt  
nullo pacto possit fieri laic⁹, qui semel prius fuit  
sacerdos. fol. eodem nume. 228.  
De materia eius. fol. i25. nume. 229.  
An sit necessarius cōtactus materiz. f. eod. n. 230.  
vtrum ordo imprimat characterem. fol. i26. n. 231.  
An

## Tabula.

An infuscipiendis ordinibus sit ordo prioritatis sci  
licet. folio eodem. numer. 232.

An fuscipiens ordines in mortali, peccet mortaliter  
folio eodem, numer. 233.

An exercens officia ordinis in peccato: peccet mor  
taliter. ibidem.

Vtrum solus episcopus possit ordines conferre.  
folio eodem, numer. 234.

Vtrū papa possit cōmittere sacerdoti simplici col  
lationē maiorum ordinū, que las de. fol. 127. n. 2: 5.

Vtrum hæretici possit ordines cōferre. ibid. nu 236.

Vtrum tæmina possit ordinari. ibidem, num. 237.

Pueri an possint ordinari. fol.: 28.

Quæ ætas, & qualitates & merita requirantur vt li  
cite atque legitime ordinentur. fol. eodem. n 238.

Vtrum homicida & mutilator possit ordinari. fol.  
eodem, numer. 239.

De irregularitatibus. ibidem.

Vtrum prima tōsura sit cōueniens. fol. 129. nu 240.

Quæstio. 7. de Matrimonio.

Vtrū matrimoniū sit sacramentū, fol. 130. nu. 241.

Vtrum liceat fidelibus plures habere vxores si  
mul. folio. 131. numer. 242.

Vtrum status conjugalis sit anteponendus statui  
virginitatis, vel cœlibatus. ibidem, numer. 243.

Vtrū possit fieri per procuratores. ibidem. nu. 244.

De materia matrimonij. folio eodem, numer 245.

An cōsensus sit de essentia matrimonij. f. eod. n. 246

vtrum





Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.





Para se fazer tinta  
Comhua Jarreta lida de p. hua

Carada de tinta q' ondas de lapa  
comua de gacha, e sua outra de gacha  
em hum pan de figura mada

Mixtura de quinze dias

agacha e lapa de ser pigada  
mas nao muito mada.







